This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

PA
6371
C4
A73
1869

EX LIBRIS
CONRAD

Jameson

Βιβλιοθήκη
Michael H. Jameson

Edward Clark Crossett Professor of Humanistic Studies, Stanford University, 1977–1990

QVINTI CICERONIS

RELIQVIAE

RECOGNOVIT

FRANCISCVS BVECHELER

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXVIIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

Q. Tulli Ciceronis vitam postquam Sebastianus Corradus olim in quaestura et Guilelmus Puetzius in commentatione Marcoduri edita a. 1833 adumbraverunt, copiosius Drumannus narravit in historiae romanae genealogicae volumine sexto p. 719 ss., retractavit Blasius in programmate Bedburgensi a. 1847. natu honoribus ingenio minor quam M. frater, pariter atque ille a pueritia liberali doctrinae atque humanitatis institutione imbutus, ducta in matrimonium Pomponia Attici sorore quae praegnans anno urbis DCLXXXVII mox peperit Quintum filium, aedilicia sua comitia obiit anno DCLXXXVIII, consule fratre praetor designatus iudicio de Archiae civitate quod factum est anno DCLXXXXII praefuit, ex praetura Asiam provinciam obtinuit per triennium parum secunda fama, Romam redux ut frater exsul restitueretur consilio operaque adiuvit, exeunte anno DCLXXXXVII Olbiam in Sardiniam profectus est Pompei legatus rei frumentariae caussa, anno DCC in Galliam et Britanniam Caesaris legatus nec sine bellicae virtutis laude neque cum amore militiae, anno DCCIII in Ciliciam legatus fratris, exorto bello civili cum fratris exemplum secutus haesitasset de partibus Pompeianis, Caesaris iram deprecatus abalienato animo a fratre uxore filio demersus aere alieno iacuit, denique proscriptus cum fratre filioque triumvirorum iussu interfectus est anno DCCXI. mihi scripta Quinti quae fere omnia e Marci libris innotuerunt denuo percensere reliquiasque eorum colligere propterea placuit quod non solum commentariolum petitionis argumentum genusque scripturae exhibet cognitu dignissimum sed etiam ex ceteris hominis mediocriter ingeniosi opusculis qualia tum studia litterarum romanae mos eruditionis probaverit bene perspicitur. commentariolum propriis commentariis Valerius Palermus et Rolandus Petreius olim, novissime Hoffa doctor Mar-

burgensis inlustraverant: accessere commentariolo 'aliae quaedam Quinti scriptorum reliquiae' in Schwarzi exemplari edito ab Hummelio.

I

Scriptum esse de petitione libellum in epistulae modum ad M. fratrem candidatum consulatus manifestum est. nulla nisi accommodata ad epistulae speciem inscriptio in antiquissimo codice reperitur: alio qui praeterea titulo uti volent, ei monendi sunt ut non de petitione consulatus *inscribant quemadmodum adsolet sed* commentariolum petitionis, *si quidem extremis verbis Quintus velle se hunc libellum destinari ostendit etiam aliorum usui qui honores petant alios. de tempore libelli mihi non convenit cum plerisque qui scriptum eum esse opinantur altero ante Marci consulatum anno, 'cum tempus instaret quo M. petere posset'. fecit autem Marcus prensandi initium in campo, ut ipse Attico narravit I 1, 1, mense quintili anni DCLXXXVIIII. verum non cum inciperet frater petere sed paene in media eius petitione Quintus sua haec praecepta composuit. parum valet quod in § 42 de* paucorum mensum negotio *loquitur, plus valet quod ex sex illis quos Marcus habuerat competitoribus quattuor omnino negleguntur, duo ne nominati quidem a Quinto, P. Galba et L. Cassius quasi populari fama iam profligati § 7. non videbantur cum Quintus scripsit aemulari Marco nisi Catilina et Antonius, quorum alterum utrum creatum iri cum Marco consulem putat § 12, Antonium facilius quam Catilinam a fratre vinci posse significat § 28. scripsit igitur Quintus aliquot mensibus post quintilem anni DCLXXXVIIII quo ne hoc quidem, competitores Marci quinam forent, certo constabat, ante iunium anni DCLXXXX quo novus Catilinae furor plures Antonio suffragatores parare coeperat. accedit ex § 10 quod Catilina ex iudicio repetundarum tum discesserat absolutus, quod iudicium quamquam instare Cicero ad Atticum I 1, 1 prodidit mense quintili anni DCLXXXVIIII, peractum tamen non erat eo tempore quo ad Atticum litteras misit I 2. hae quando missae sint, non ex primis verbis efficitur novorumque consulum designatorum nominibus, quoniam comitia consularia eius anni quo die sint habita ignoramus, sed ex postremis his* tuo adventu nobis opus est maturo *et* quare ianuario mense ut constituisti cura ut Romae sis *mense novembri potius quam septembri scriptas esse coniectamus.*

itaque iudicium Catilinae si in novembrem contulerimus, cum Quintus non ut proxumis diebus factum sed ut dudum pervolgatum id narret, commentariolum eius adducimur ut compositum esse fere ianuario mense anni DCLXXXX statuamus. eo tempore Marcum ceteris rebus praeparatis assidue petere petitionisque quasi vela pandere voluisse ex epistula ad Atticum I 1, 2 cognovimus. eodem Quintus postquam aedilitate se abdicavit, satis oti nactus erat ut fratris honori prospiciens copiam ei faceret doctrinae suae atque experientiae. afuisse Roma cum scripsit commentariolum Quintus Iano Guilelmo Tydemano visus est qui dissertationem de eo historicam et antiquariam Lugduni Batavorum anno 1838 edidit p. 19 'in primis propter epistulae finem, in quo praesens non scripsisset se haec fratri corrigenda tradere, sed ipse dixisset'. contra adfuisse mihi in urbe cum fratre videtur item propter finem libelli in quo absens non scripsisset si quid mutandum esse videbitur, velim hoc mihi dicas *sed* velim hoc mihi scribas.

Argumentum libelli iusta rerum distributione ac tenore magis quam facilitate orationis et nitore conspicui summatim exponam. tria petenti fratri maxime meditanda esse haec, novum se esse hominem, consulatum se petere, civitatem esse Romam (§ 1 2). primum igitur de novitate disserit (§ 2—12): sublevatum eam iri maxime dicendi gloria ac facultate (2 3) deinde amicorum multitudine et generibus (3) tum nobilium hominum voluntate partim consularium partim adulescentium (4—6) denique competitorum ignavia et infamia (7—10) praecipue Antoni (8) et Catilinae (9 10). quare meliorem Marco petitionis fortunam datam esse quam Coelio Caldo nobilissimorum atque bene meritorum hominum competitori (11 12). iam de petitione dicturus (§ 13—53) perstringit eius magnitudinem: consulatum summum civitatis locum Ciceroni multos multis de caussis invidere (13 14) itaque summa opus esse in petitione cura (15). versari autem petitionem in duabus potissimum rationibus, in amicorum studiis et in populi voluntate (16). amicorum studia antea parta esse oportere, referri autem inter amicos in petitione qui aliquid ostendat in petitorem bonae voluntatis, variaque amicorum genera, partim cognatos necessariosve (16) partim domesticos ac tribules cum libertis (17) partim homines illustres vel magistratu fungentes vel gratiosos vel ambitiosos (18) quosque caussarum defensionibus Cicero sibi obligaverat (19), ad varia petitionis munera esse excitanda ac dispo-

nenda (20). et quoniam tribus rebus maxume ad suffragandi studia homines ducantur, beneficiis (21) spe (22) voluntaria ratione (23), perpendendum esse quemadmodum cuique horum generi inserviatur et quid a quoque expectetur (24). verum etiam acquiri posse in ipsa petitione amicitias (25) idque Marco perfacile fore (26) praesertim cum amicitia competitorum contemnenda aut fugienda sit atque Antonius adiungere homines ad amicitiam omnino non possit (27 28). itaque centurias omnes Marco suadet ut multis amicitiis habeat confirmatas (29), ut amplectatur senatores equites ceteros ordines, etiam libertinos in foro versatos, urbem totam, collegia pagos vicos, postea totam Italiam, homines in municipiis gratiosos (30 31) atque hoc modo studiosos sui multos constituat in centuriis tributim discriptis (32). equitum denique suffragia etiam facilius posse obtineri (33). utendum autem esse ut quantum in campo virium Marcus habiturus sit ante appareat cotidiana plurumorum assectatione (34), cuius rei tres esse partes magnitudine offici diversas aliamque rationem salutatorum (35) aliam deductorum (36) aliam assectatorum sive voluntariorum sive qui debeant maxume quod a Cicerone defensi sint (37 38). ceterum cavendum esse ne quis temere amicus esse credatur (39). denique amicorum studiis constitutis etiam adversariorum genera, unum quos Marcus laeserit, alterum qui sine caussa eum non ament, tertium qui competitorem aliquem ament observanda et ad amicitiam revocanda esse (40). altera petitionis pars in populari ratione versatur (41). in qua opus esse primum nomenclatione, deinde blanditia (42), tum assiduitate (43), tum benignitate quae cum in opera pervolganda et communicanda maxume appareat, non parcendum esse promissis (44), sin quid petatur quod facere Marcus non queat, aut belle negandum esse (45) aut adeo mentiendum (46) si quidem polliceri vel cum mendacio magis conducat in popularem famam quam plane negare (47—49). praeterea opus esse rumore ad quem cum cetera omnia valeant (50) tum plebis urbanae et Pompei favor (51) tum totius petitionis splendor competitorumque mala existumatio (52). denique spem rei publicae Marcum bonam praestare debere (53). restat tertium 'Roma est' civitas insidiarum ac malivolentiae vitiorumque plena (§ 54). quae mala cum dicendi gloria propulsentur, largitiones competitorum diligentia et auctoritate et metu iudici iniecto posse coerceri (55—57). haec quae perscripta ad fratrem

de istius petitione mittat, ita emendari se velle ut perfectum petitionis commentariolum existat (58).

Ex hac commentarioli summa operam dedisse Quintum intellegitur ut omnia uno in conspectu poneret quaecunque fratrem in petitione possent adiuvare. neque mihi dubium est quin propterea maxume consilium hoc ceperit quod tum Romae homines quanta summa poterant ambitione contendere magistratum solebant. immodicos enim vitiosae eius virtutis auctus clarissime hoc unum testatur quod alia civitatis romanae aetate nulla tot aut factae sunt aut propositae de poena ambitus intendenda minuendave leges senative consulta, quot intra illud quinquennium quo exeunte hic libellus scriptus est. nam ut breviter complectar quae fusius cum alii tum S. H. Rinkes in disputatione de crimine ambitus edita Lugduni a. 1854 p. 90 ss. exposuere, promulgavit de ambitu legem anno DCLXXXVII C. Cornelius tribunus popularis, pertulit suam C. Calpurnius Piso consul eodem anno. Calpurnia lege accusati sunt Q. Gallius qui praeturam petierat in annum DCLXXXVIIII iniitque defensus a Cicerone, et P. Cornelius Sulla P. Autronius Paetus consules in eundem annum designati qui ambitus damnati non inierunt. anno DCLXXXVIIII Cicero in oratione pro Cornelio habita nuper factum esse senati consultum dixit de lege Calpurnia cui derogaretur. at additamenta vel supplementa Calpurniae fuisse videntur lex Fabia quae erat de numero sectatorum, et senati consultum a L. Caesare consule anni DCLXXXX factum de tenuiorum in candidatos officiis. eo tempore in petitione Ciceronis licentia ambitus in dies propter Catilinae et Antoni audaciam ingravescente senatus censuit ut lex ambitus aucta etiam poena ferretur, cui rei cum Q. Mucius tribunus intercessisset, Cicero gratiam huic atque competitoribus suis contumeliosam rependit in oratione candidatoria ante dies comitiorum paucos. denique consul anno DCLXXXXI Cicero ex senati decreto legem de ambitu Tulliam tulit qua et definiretur Calpurnia accuratius et damnosius sontibus sanciretur. hac lege qui accusatus est continuo L. Licinium Murenam ipse legis lator defendit. itaque ambitus quod illo tempore vehementissime flagrabat, etiam fratri quae in ambitione aut ut ipse modestius dixit, in petitione agenda essent Quintus praescribere propositum habebat ita ut quicquid per leges liceret pertexeret, non omitteret nisi vetita supplicioque digna. quapropter etsi imperat Marco ut cognoscat

homines appelletque, servi tamen nomenclatoris mentionem non fecit, quia interdictum erat petitoribus qui sane plerique eam legem omnino aspernabantur ne haberent nomenclatorem. convivia autem quod a fratre et ab amicis eius concelebrari et passim et tributim iubet, post annum demum senati consultum Cicerone referente factum est, si prandia volgo data essent, contra legem Calpurniam factum videri. legum igitur observantissimus Quintus cum ceteroquin honesta minus quam necessaria curaverit, commentariolum eius egregium habemus ambitionis quali Romanus tum optumus quisque adsueverat exemplum in confinium perductae iuris et iniuriae.

Antiquariam tetigi huius libelli utilitatem. verum genus quoque scribendi eaque quam extremis verbis Quintus suae scripturae conciliavit auctoritas habet quod nos retineat. nam cum de publicae vitae argumento scripta sit ad Marci institutionem epistula sed tam ampla totiusque rei notitiam complexa epistula ut prodesse eam etiam ceteris petitoribus posse in futurum scriptor speraverit ideoque iusti commentari instar edi voluerit in publicum, ex isagogico hunc libellum esse genere litterarum apparet de quo L. Mercklinus in Philologo IV p. 413 ss. dixit Quinti male oblitus, quod romana gens in morem maiorum rerumque usum quam in studia adventicia doctrinamque propensior tanto opere probavit ut permulta litterarum monumenta in primis ad historiae artiumque disciplinam pertinentia ex illa indole ac voluntate repetenda videantur sive per continuas magistratuum pontificumque vices composita antiquitus sive postea privatim a singulis confecta, velut priscum exemplum ut componam cum postremo aliquo, Catonis libri ad filium et Frontini de aquis commentarius. proxumus fere Quintum Varro praecesserat consimili exemplo de quo Gellius XIIII 7 rettulit: Pompeius cum primum consulatum initurus esset anno DCLXXXIIII, quoniam per militiae tempora rerum urbanarum senatusque expers fuisset, Varronem familiarem eius rogatum esse ut commentarium faceret isagogicum, sic enim Varronem ipsum appellasse, ex quo Pompeius disceret quid facere dicereque deberet cum senatum consuleret. is commentarius Pompeio factus cum postea periisset, Varronem in libro epistolicarum quaestionum epistula ad Oppianum denuo ea de re disseruisse. quam autem Varro copiose consulem docuerit de officio senatus habendi, ipsum Gelli summarium demonstrat. iam vero Quinti

commentariolum cum totum ex vita romana sumptum romanoque negotio aptatum sit, neque tempora resque maiorum miramur aliquotiens in censum vocari ut Coeli Caldi petitionem § 11 et Aureli Cottae in ambitione artificium § 47 neque nulla reperiri graecae disciplinae vestigia, nisi in hoc numero § 39 ducamus ubi perpetua illa in transitu attingitur disputatio quibus rebus benivolus et simulator diiudicari possit, quo de genere integrum ad nos pervenit inter Plutarchea commentariolum ex philosophia graeca tractum, et versus immiscetur temere credere vetans Epicharmi, cuius praecepta poetae bene nota Quinto fuisse Marcus in adhortatione eius significat epist. III 1, 23. tamen de universa commentarioli forma et dispositione, praeterea de singulis quibusdam capitibus velut de amicorum atque adversariorum generibus aliquid Quintum addiscere etiam ex graecis libris potuisse quis negabit? neque igitur inutile est Theophrasti de ambitione libros duos meminisse quos in bibliotheca sua Quintus habuerit, quoniam Marcus Attico II 3, 3 anno DCLXXXXIIII haec mandavit: Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας adfer mihi de libris Quinti fratris. φιλοτιμίας *enim Victorius probabiliter correxit ex Diogenis catalogo VI § 45, Mediceus liber* φιλοτεία*ς habet et in margine emendandi tentamina haec* φιλολογία*ς* φιλονεικία*ς* φιλοθεΐα*ς* φιλαυτία*ς.*

Oratio Quinti sicca sobria invenusta quantum a Marci ubertate facilitate elegantia dicendi distet, non potest sensum cuiusquam fugere. itaque cum Italorum culpa scribarum aliquamdiu esset dubitatum uter Cicero haec scripsisset, mox tamen non solum consulatus ratione ab uno Marco gesti sed etiam orationis mediocritate commoti sunt ut Quinti vindicarent auctoritatem. atque Henricus Stephanus pseudociceronis p. 180 quod dictionem Quinti cum fratris sermone collatam scripsit radere delicatas aures, id tametsi eo tempore iudicatum est quo deformatus libellus vitiis foedissimis circumferebatur, tamen ne hodie quidem sordibus plerisque detersis disconvenit. fastidium enim movent in flexionibus orationis capitumque commissuris similitudo illa quoniam quae subsidia haberes exposui, nunc de magnitudine petitionis dicendum videtur: quoniam assectationis mentio facta est, id quoque curandum est: quoniam in amicorum studiis haec oratio versatur, qui locus cavendus est praetermittendus non videtur: quoniam de amicitiis satis dictum est, dicendum est de altera parte,

in enumerandis rebus computatio quasi digitis facta his particulis primum deinde tum postea denique postremo *logicae alumno disciplinae quam liberae orationis artifice dignior, in describendo ac praecipiendo nimia verborum ut* rationis studi *similiumque repetitio ac perpetua dictorum* cura ut teneas, cura ut habeas, cura ut intellegant, curato ut intellegant, ut sint cura, elabora ut habeas, ut sint elaborato, fac ut habeas, fac ut noris, fac ut sciant, fac ut esse videatur, fac ut discriptum sit, perfice ut sciant. *cum sine vigore mentis iucundiore pleraque tam severa tradantur subtilitate ut non possit fratri non fuisse odiosa, alacriore quadam et elatiore oratione nec satis tamen concinna vel perpolita Antonius et Catilina denotantur inde a § 8 in qua parte etiam interrogatiunculas pro contentionis fervore nectit istas* quo splendore est? num maiore? quam ob rem? *et deinde* quid ego nunc dicam petere eum consulatum qui *cum commatis anaphoricis et* quid ego nunc de Africa, quid de testium dictis scribam? *verborum translationes ornamentaque sententiarum adeo pauca inveniuntur ut commode numeres, § 12* duas in rem publicam sicas destringere *id est Catilinam Antoniumque consules facere, § 28* praecurrere *id est παραδραμεῖν vincere petitionis quasi spatio decurso, § 35* fucum ut dicitur facere *id est fallere, § 44* voltu ac fronte quae est animi ianua. *in grammaticis memorabilis videtur copulativarum coniunctionum hic usus ut* que *ne deciens quidem appareat,* atque *autem non inter binas modo notiones intercedat nimium frequenter velut in exordio § 25 ter deinceps, sed iteretur etiam in trinis § 9* Titiniorum ac Manliorum ac Tanusiorum capita *et § 54* morum ac sermonum ac voluntatum varietatem.

Marcum Quintus commentariolum a se conscriptum non legere magis voluit ut consularis petitionis frater aditus teneret omnes quam iudicare atque examinare, quo emendatior ad alios libellus dimitti posset. quaeritur igitur administraverit Marcus emendatoris munus an defugerit. ac ne quis hanc miretur quaestionem moveri, Quinti commentarius et oratio a Marco in toga candida contra competitores paucis post mensibus habita in senatu quam ex Asconi enarratione cognovimus sententiolis quibusdam ita inter se consonant ut aut sumpsisse eas Marcum a Quinto aut de suo intulisse pateat in Quinti libellum. atqui hunc quia neque eloquentiam Marci spirat neque ut ante dixi plane elaboratus nitideve exornatus est neque ut ex clausula consequitur familiaris epistulae

propria ab altero utro Cicerone editus, non pertractatum esse a Marco liquido confirmabimus, idemque quod in universum libellum etiam in partes eius singulas cadere ratiocinabimur probabiliter. erunt fortasse qui addant Quintum non eam fratri dedisse potestatem ut ad suum ille arbitrium corrigendo novaret, sed ut ad ipsum auctorem si quid videretur mutandum tollendum addendum deferret ac praemonstraret, deinde negotiis Marcum in petitione distractum pluribus et gravioribus fuisse quam per quae vacare licuerit scriptis emendandis alienis. neque igitur iustam equidem caussam video quare in commentariolo explicatum locum ullum aut breviter dictum a Marci ingenio accepisse originem existumemus ac non ab ipso potius Quinto. quod cum ita sit, in oratione Marcum aliquid usurpasse colligimus ex eis quae Quinti commentarius subministraverat. adponam autem in commentariolo et oratione quae maxume congruunt. de Antonio Quintus § 8 vocem *inquit* audivimus iurantis se Romae iudicio aequo cum homine graeco certare non posse. *Marcus p. 940, 29 editionis Turicensis secundae* in sua civitate cum peregrino negavit se iudicio aequo certare posse. *in Catilinae descriptione Quintus § 9 occisos equites romanos commemorat Titinios Manlios Tanusios ac praecipue Q. Caecilium, Marcus teste Asconio nominatim dixit quos occidisset Q. Caecilium M. Volumnium L. Tanusium. immoratur Quintus in crudeli Mari Gratidiani caede § 10* qui hominem carissumum populo romano ceciderit, stanti collum secuerit, caput sua manu tulerit, *idem Catilinae crimen Marcus saepius tota oratione obiecit praeter alia his usus verbis p. 942, 8* collum secuit hominis maxume popularis *et p. 943, 16* caput ad Sullam manibus ipse suis detulit. *et haec quidem aliaque de Antoni praediis proscriptis, de Catilinae stupris, de Africa provincia, de testium dictis ac iudicio etiam si pariter uterque vel tractavit vel elocutus est, tamen quod temporum rerumque aut necessitate id factum est aut opportunitate, mutuatum esse alterum non liquet. at cum incestum Catilinae et Fabiae virginis Vestalis Ciceronum propinquae ille sic obscuraverit § 10* qui nullum in locum tam sanctum ac tam religiosum accesserit in quo non etiam si aliis culpa non esset, tamen ex sua nequitia dedecoris suspicionem relinqueret, *hic p. 944, 2 eodem modo* ita vixisti ut non esset locus tam sanctus quo non adventus tuus etiam cum *(paulo post Asconius* etiam si *posuit)* culpa nulla subesset, crimen

afferret, *cumque ille nullum reperiri posse tam improbum civem dixerit § 12* qui velit uno suffragio duas in rem publicam sicas destringere, *hic adiecta Cn. Pisonis mentione p. 944, 39 malos cives significaverit* qui postea quam illo conati erant Hispaniensi pugiunculo nervos incidere civium romanorum non potuerunt, duas uno tempore conantur in rem publicam sicas destringere, *tantum abest ut mirabili ingeniorum consensu aeque utrumque in facetias has incidisse credam, ut Marcum mihi constet adscivisse sibi Quinti inventa verbisque partim circumcisis partim amplificatis mutasse in melius. atque etiam hoc caussae fuisse suspicari licebit, cum suam Marcus orationem evolgandam curaret, cur fratris commentariolum non item prolatum e capsula ediderit.*

Postea Quinti libello quid factum sit, quoniam nemo umquam de eo commemoravit, parum exploratum est. Marcus quidem par pari quodam modo rettulit missa ad fratrem, cui tertius annus accesserat provincialis administrationis, in Asiam anno DCLXXXXIV epistula praeclara I 1 quae cum in genere scribendi propter praeceptorum de publico officio multitudinem proxume ad commentariolum hoc accedat non discrepans nisi eo quod soli Quinto litteras suas Marcus destinaverat, tum singula habet adsimilia velut ibi quae leguntur § 37 non suscipiam ut quae de iracundia dici solent a doctissumis hominibus ea nunc tibi exponam, cum et nimis longus esse nolim et ex multorum scriptis ea facile possis cognoscere, illud quod est epistulae proprium, ut is ad quem scribitur de eis rebus quas ignorat certior fiat, praetermittendum esse non puto *admodum concinunt cum Quinti sententia § 39. verum tunc recordatum esse Marcum suisque tetigisse verbis ipsam hanc epistulam de petitione datam, quae Tydemani fuit opinio p. 20, ne illa quidem probant § 43* ut amplissumum nomen consequeremur, unus praeter ceteros adiuvisti *non tam ad petitionis quam ad consulatus tempus spectantia, nedum honorificum de longissima quaque Quinti epistula testimonium § 45 quicquam in hac quaestione faciat momenti. revocatum autem commentariolum e tenebris in lucem editumque esse eo demum tempore videtur quo post interfectos fratres Marci scrinia epistularum retegi paulatimque Romae dispergi per exemplaria coeperant. qua re factum est ut et Marci scriptis immixtum et adiunctum eius epistulis ad nos usque perveniret. nempe orationibus Ciceronis qui*

interposuere commentariolum codices vel hac una re quanti aestumandi sint ipsi indicant, in antiquissimo libro ad Tironem datas epistulas fictamque ad Octavianum sequitur antecedens Catonem et Laelium. iam cum Berolinensis hic liber non habeat epistulas nisi selectas, subditicia autem ad Octavianum illa in alio multae auctoritatis, Florentino Petrarcae, epistularum ad Quintum libros excipiat, non difficile erit persuadere in vetustiore corpore unde commentarioli notitia omnis fluxerit continuatum id fuisse Marci ad fratrem epistulis. et enim qui Orelli disputationem secuti Berolinensis codicis syllogen epistularum ex Vercellensi deducere maluere quam ex alio ac diverso exemplo, ei hoc errore prolapsi videntur ut quem bonitate non praestare perspexerant codicem etiam de hereditaria veteris memoriae possessione deiectum quasi capitis condemnarent cupidius. ceterum Asconius in explanatione orationis in toga candida habitae Quinti libellum silentio praeteriit sive per ignorationem sive per oblivionem.

Antiquior hodie commentariolum codex nullus tenet nisi si qui adhuc delitescit quam Berolinensis ms. lat. fol. n. 252 olim Erfurtensis copiose descriptus ab Eduardo Wundero qui varias lectiones ex eo enotavit Lipsiae a. 1827. oriundum eum esse ex Corbeiensi monasterio propter ornamenta primo folio adpicta scriptumque non ut Wunderus existumavit iniquius quarto decimo saeculo sed aut undecimo exeunte aut certe ineunte duodecimo Gustavus Meynckius mihi significavit, cum primam commentarioli partem ad § 22 usque denuo cum codice contulit. reliqua Adolphus Kiesslingius et ego communi opera recognovimus neque prorsum frustra insumpta, quamquam pluruma a Wundero accurate relata vidi. continet codex Ciceronis philosophica rhetorica orationes, tum epistularum ut qui indicem praeposuit scriba dixit libros tres, in his ultumam epistulae ad Octavianum subiectam non rubrica aut splendidiore titulo distinctam Quinti epistulam de petitione, quae a folio 186 verso paginis bifariam divisis per tria folia producitur. in extremo additus est hic titulus M. T. C. liber de senectute *quem Cato sequitur ac deinde Laelius. Berolinensi hoc meliores codices nullus commentarioli editor ad manum habuit. etsi enim leviora singularum maxume binarumque litterarum detrimenta qualia archetypon aliquot locis fecerat bene reconcinnarunt, omissa tamen in § 45 verba reparare non potuere. unum illi praeferremus Puteani librum veterem, in quo*

sententia a Quinto in § 42 enuntiata suam hanc sedem obtinuisse fertur contra atque in ceteris libris omnibus accidit ut ibi casu aliquo intercepta et iuxta exordium epistulae collocata in locum deveniret alienissimum § 1, modo liber iste qualis fuerit constaret fiduciarius an coniecturalis. consimiles autem Berolinensis aut non multo deteriores Turnebi codex et Gruteri Mauricianus ac Palatinus fuere sed qui neque ampliore quam ille nec firmiore usquam subsidio emendationem muniant. itaque olim quidem illis viris satis profuerunt vim vitiorum levaturis immanem, nunc vero nos quam fecisse videmur iacturam eorum aequo animo patimur. at longe miserrimum librorum genus Italicum est quinto decimo saeculo natum cui Lagomarsiniani plerique Vossianus Parisinus aliique adsignandi sunt. quos ne quis a Berolinensi potius quam a viliore eiusdem recensionis exemplo degenerasse statuat, habent quod deest in illo nec sane Itali hominis coniectura potuisse reperiri credetur § 19 quarti civis nomen Corneli. *de reliquo solidi fructus ex eis nihil percipi fidenter assevero nisi ut processus corruptelarum cognoscatur prope incredibilem in modum interpolandi lubidine auctus, cuius vel minumam partem furoris si prioribus quoque saeculis attribuas (et ne haec quidem abhorruisse ab interpolatione receptum in Berolinensem emblema § 9* qua Catilina *luculenter profecto demonstrat) non tam violentum me fuisse in repurgando Quinti sermone reprehendes opinor quam in expungendis scribarum ineptiis nimis lentum. sed ut de Italicis libris pauca addam, duodecim Hieronymus Lagomarsinius ad hoc commentariolum adhibuerat partim manuscriptos partim typis expressos quorum nullus praeter Lambinianum numero 50 ab illo notatum usui meo aliunde patebat, nam ex S. Marci codice a Schwarzio prolata et perpauca sunt et dissident aliquotiens cum Lagomarsini de 3 suo testimoniis. Lagomarsinianae collationis apographum nitide factum sed non prorsus accurate a Iesuitis per Wapium popularem suum Tydemanus acceperat qui rogatus ab Alfredo Holdero nostro non illud tantum sed etiam alia de Quinti commentariolo consignata ab se litteris collectaque mihi perbenigne tradidit. inter haec erat etiam Vossiani collatio codicis lat. fol. n. 91 quem quinto decimo saeculo foeda scriptura confectum in Thevenoti libris quondam fuisse du Rieu me docuit Lugdunensis bibliothecae custos, ipse intellexi ex pari ac Lagomarsinianos 36 et 38 exemplo ductum esse peiusque deformatum scribae ludibrio.*

Parisiis, ut a Meynckio amico comperi, unus asservatur codex n. 7788 Thuaneus qui Quinti commentariolum habeat inter Marci orationes pro Marcello pro Deiotaro pro Ligario pro Archia pro Cluentio a folio 40 ad 44 litteris quidem magis quam pro quinto decimo saeculo perspicue compositis sed non sine multa ac nova orationis pravitate. ad imos autem imi subselli testes reiciendum censeo quem Schwarzius ex bibliotheca Bernensi nanctus Hummeliusque accivere Petri Danielis codicem. iam veteres hos libros si qui cognoscere ipsi et quantum quisque valeat iudicare volent, potestatem huius rei facturus optume eligere mihi videor caput commentarioli secundum in quo discrepantes cum novissimo Baiteri exemplo scripturas eorum omnes huc transcribam.

§ 7 adiuuant *B(erolinensis) P(arisinus) V(ossianus) l(agomarsinianus) 38* ‖ quod] quid *l 38* que *l 127* atque *B* ‖ modi nobiles] nobiles modo *P* ‖ petant *P in quo* a *et* u *difficiles discretu* ‖ illius *B* illi *l 36* ‖ opportere *P* ‖ nam *l 50* ‖ crassum *l 117* ‖ qui *l 126* ‖ est *om. V* ‖ ex amplissimis familiis *l 117* ‖ quod] qui *L id est Lagomarsini exemplaria duodecim 3 36 38 47 48 49 50 117 122 124 126 127 T id est Oxoniensis codex ita notatus apud Orellium PV* ‖ sunt *BT :* sint *L praeter 3 48 49 117 127 PV codices Gruteri* ‖ pares *omnes* ‖ pares non posse *l 3* pares esse non posse *l 47 50 122 124 126* *§ 8* ac *l 38* ‖ Antonius et Catilina *praeter B omnes* ‖ Cathilina *V constanter* ‖ imo *P l 48 49 126* ymmo *V* ‖ homines *B* ‖ nouo *B* nouo et *PV plane omissum est in Lagomarsinianae collationis apographo* ‖ indicant *l 36* ‖ á puericia *B ; omisere PV l 3 36 38 47 117 122 124 126 127* ‖ siccarii *V* siccari *l 38* ‖ uidemus *l 122* ‖ Romae] ratione *PV* ‖ iuditio *P ut videtur* ‖ aequo] quò *PV* ‖ et ex senatu *LP* atque ex senatu *V* ‖ extimatione *PV* aestimatione *T manu secunda* ‖ competitorem *omnes* ‖ Ponthera *l 3* ‖ quod *L praeter 50 (in quo Lambinus* cum *edidit) PTV :* quam *B* ‖ ponere *PV. in P quattuor vel quinque litterarum spatium vacat inter* ponere *et* non ‖ habebat *LPTV :* haberet *B* ‖ tamen] tum *P ut videtur per notam* ‖ i *pro* in *l 126* ‖ domi palam *B l 50* : palam domi *LPV* ‖ peticione *B* ‖ autem *om. l 3 127* autem consulatus *om. PV* ‖ cauponas *l 117 127* compones *P l 36* componens *V l 3* cum pones *l 38 qui simul parem ac l 36 scripturam praebet* caupadoces *B in quo etiam alibi per unam* p *scribi Cappadociam scito* ‖ omneis *l 50* omnes *ceteri* ‖ hic compilare *LT*

hic copulare *l 3* hic compillare *PV :* hic *om. B codices Gruteri* ‖ turbissimam *l 3* turpisse *PV* ‖ legationem *omnes* ‖ Po : Ro : *l 117* P. *sine* Romano *l 3* ‖ suplicare *P* § *9* quo dii boni splendore *l 3* ‖ dii *omnes* ‖ eadem qua catilina *BL praeter 50 PTV codex Danielis* ‖ num] deinde *l 50* ‖ non uirtute sed audacia. quin ille manias et umbram *l 50* ‖ set *B* seruitute *pro* sed uirtute *V* ‖ quam ob rem *om. Danielis codex* ‖ quod *B l 50 :* quam *l 3 48 49 117 127* qui *PTV l reliqui* quia *Danielinus* ‖ Antonius] manius *B l 3 117 127* Manius *l 48 49* inanius *PT l reliqui Gruteri codices* in annis *V* uesanius *liber Danielis* ‖ hic *B l 50* : hoc *PV l 36 38* hunc *l reliqui liber Danielis* ‖ ne leges *l 50 :* nec leges *B* negliges *L praeter 50 Danielinus* negligens *PV* ‖ natum *L praeter 38 50 Danielinus* ‖ educatum *eidem* ‖ strupris *l 38* strupis *V* ‖ coroboratus *PV* corroboratum *L praeter 38 50 Danielinus* ‖ cede *l 3* ‖ ciuium *om. PV* ‖ primum *L nisi vitium apographi est* ‖ aditus] *duplicata* d *apparuit in l 38* ‖ in equitibus Romanis *LPV :* ·r· *B* ‖ occidendus *l 38* ‖ fuit *om. PV* ‖ galis *P* ‖ tum] tantum *l 3 36 48 49 117 127* ‖ qui Tantasiorum ac Volumniorum capita *l 50* ‖ titinniorum *l 3* Ticinnorum *l 47 127* Ticiniorum *l 117* titulorum *V* ‖ Nanniorum *l 48 49* naniorum *PV* Naũcorum *l 38* Vanniorum *l ceteri liber Danielis :* mannorum *B* ‖ Thanusiorum *l 38* Tamisiorum *V* tanisiorum *P* ‖ copia *pro* capita *P* ‖ Silla *V l 38* Sila *P* Scylla *l 47 122* sylla *B l reliqui excepto 126* ‖ ille *om. l 50* ‖ hominem] hoi'c; *P* ‖ unum *post* hominem *add. PV l 3 36 38 47 48 49 117 127* uirumque *add. codex Lambini* ‖ Q.] que *quod Wunderus ex B quoque enotavit PV l 3 36 38 48 49 117 127* ‖ caucilium *BV l 47* cancilium *aut* carcilium *P* Cauthilium *l 38* Catulum *l 3 36 48 49 127* Catullum *l 117* ‖ nullarumque *l 117* ‖ cum] tum *PV l 38.*

talia si eadem per omnia capita subtilitate persequi instituissem, nemo non quereretur incertam redemisse se utilitatis spem praesenti dispendio. quapropter cum Berolinensis libri plenam meo commentarioli exemplo discrepantiam subiciendam esse viderem, ex ceteris satis habui ita proposuisse excerpta ut gravissima quaeque et ad varios libelli casus declarandos maxume idonea sine nimia molestia conspicerentur. atque plurumam in hoc delectu Lagomarsinianae collationis rationem duxi, alios codices commemorandi non ita saepe caussam repperi. quod si cui hoc unum

sterquilinum quod nova plerumque purgamenta recepit praeter opinionem nostram non sufficiat, ei alterum adire licebit ex veteribus congestum in Orelliana editione priore, margaritas autem ibi frustra erit qui quaesiverit. eruditorum hominum inventa rettuli memorabilia.

II

Anno DCLXXXXV circiter kalendas maias ex Asia Marcus a Quinto fratre epistulam acceperat in qua ille ut Attico scripsit II 16, 4 ita deplorat primis versibus mansionem suam ut quemvis movere possit, ita rursus remittit ut me roget ut annalis suos emendem et edam. *annales igitur Quintus tum ad umbilicum adducturus erat, Ennine veterumque more poetarum institutos an pedestri sermone incertum est, si quidem utramque sententiam aliorum exemplis hominum illi aetati aequalium illustrare ac firmare licet. nam ut Furi Antiatis annales praetermittam annis ad quadraginta superiores et M. Ciceronis Marium anno DCLXVII, de consulatu suo poema proxumo ante eam epistulam anno, de temporibus suis anno DCIC scriptum, annales etiam Tanusi Gemini vocabantur 'electissima pessumi poetae scripta' derisa a Catullo. commentarios autem historicos claritudine insignis aut elegantia Romanus quotus quisque per illos annos componere cessavit? notum est Luculli Hortensi Sisennae de narrando bello Marsico certamen, noti multorum annales eisdem temporibus confecti atque etiam posterioribus lectitati, contubernalis Quinto in Asia fuit L. Tubero legatis ceteris honore et aetate praestans, quem Marcus in epistula ad fratrem data I 1, 10 anno DCLXXXXIIII arbitrabatur cum scriberet historiam multos ex suis annalibus posse deligere quos imitaretur. improbabile vero non est fraternae auctoritatis studiosum Quintum in annalibus illis exornare etiam Marci de re publica merita cogitasse. postea eum rursum historiae operam navasse in Gallicis castris Marcus significavit anno DCC his litteris II 11, 3 (numeri sunt exemplaris Baiteriani)* omnia conligo ut novi scribam aliquid ad te. sed ut vides, res me ipsa deficit itaque ad Callisthenem et ad Philistum redeo in quibus te video volutatum. *tum de Philisto* utros eius habueris libros, duo enim sunt corpora, an utrosque nescio. me magis de Dionysio delectat, ipse est enim veterator magnus et

perfamiliaris Philisto. sed quod ea scribis (*in Mediceo* quo adscribis, *volgo* quod adscribis *legitur*) adgrederisne ad historiam? me auctore potes, et quoniam tabellarios subministras, hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. *infuma haec Marcus festive ita dixit quasi etiam illos dies ipsos Quintum velle historiae suae ambitu intexere putaret.*

Vtramcumque de Quinti forma annalium sententiam tuleris, certe non inexpertam omisit epicam poesin. nempe Britannica Caesaris expeditio anno DCC Cicerones ambos cupiditate incitavit canendi imperatoris sibi tum valde amici. qua de contentione in Marci ad Quintum epistulis haec traduntur II 13, 2 mense iunio quoniam in isto homine colendo tam indormivi diu te mehercule saepe excitante, cursu corrigam tarditatem cum equis tum vero quadrigis poeticis: modo mihi date Britanniam quam pingam coloribus tuis penicillo meo. *15, 4 mense sextili* te *ὑπόθεσιν* scribendi egregiam habere video: quos tu situs, quas naturas rerum et locorum, quos mores, quas gentis, quas pugnas, quem vero ipsum imperatorem habes: ego te libenter ut rogas, quibus rebus vis adiuvabo et tibi versus quos rogas *γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας* mittam. *III 1, 11 mense septembri* poema ad Caesarem quod institueram incidi, tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt *id est quoniam ipsis rebus britannicis non inflammatur animus* si quid habebo spati scribam. *4, 4 mense octobri* de versibus quos tibi a me scribi vis, deest mihi quidem opera quae non modo tempus sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat, sed abest etiam *ἐνθουσιασμός*. *porro autem* simul et illud, sine ulla mehercule ronia loquor, tibi istius generis in scribendo priores partis tribuo quam mihi. *5, 4 mense novembri* quod me de versibus faciendis rogas, incredibile est mi frater quam egeam tempore nec sane satis commoveor animo ad ea quae vis canenda. *διατυπώσεις (has in Medicei intricata scriptura requirebam nec remotas a πάθει et τοπογραφιῶν adfines)* vero ad ea quae ipse ego ne cogitando quidem consequor, tu qui omnis isto eloquendi et exprimendi genere superasti, a me petis? facerem tamen ut possem, sed quod te minume fugit, opus est ad poema quadam animi alacritate quam plane mihi tempora eripiunt. *denique 9, 6 circiter kalendas decembres* quod me hortaris ut absolvam, habeo absolutum suave mihi quidem uti videtur *ἔπος* ad Caesarem. *Quintus vero in hoc genere num quid perfecerit non liquet.*

Pergimus ad tragoedias. in oratione enim Archiana § 3 quod Marcus etiam praetoris mentionem fecit exercentis iudicium, id est fratris sui Quinti, hoc scholiasta Bobiensis p. 354, 23 recte dixit non vacare, opportunissumum quippe ait de laudibus poetae boni apud eum dicere qui studiis huiusmodi delectetur, fuit enim Q. Tullius non solum epici verum etiam tragici carminis scriptor. *sane post aliquot annos cum Caesaris auspiciis militabat anno DCC strenue versatum. videmus in scribendis fabulis quarum sine dubio ex Graecis sibi exempla sumpserat. atque Erigonam aut absolverat aut in eo erat ut absolveret ante diem IIII idus sextiles quo die litteras ex Britannia ad fratrem dedit, hic mense septembri ab Oppio eam expectabat, quam si acceperit scripturum se ad Quintum promittit quid sentiat, nec dubitare quin sibi placitura sit (III 1, 13). verum duobus post mensibus cum Romam nondum adlata esset, Marcus de tragoediis Quinti locutus breviter commonefecit ut Erigona simul et aliae sibi mitterentur (III 6, 7). at exeunte novembri mense idem periisse Erigonam significat tabellariorum culpa soli illi Caesare imperatore iter ex Gallia tutum non fuisse testatus (III 9, 6). eodem nomine carmina tragici poetae, ut nobiles Eratosthenis elegos taceamus, Graeci Sophocles ac praeterea Phrynichus Cleophon Philocles ediderant compositi a Nauckio reliquiarum tragicarum p. 737, Romanus Attius, et in Attiano quidem non Icari filia Liberi patris hospita signo caelesti honorata virgo agebatur sed Clytaemnestra et Aegistho nata Aletis soror ab Agamemnonidis vexata. accedunt huic tragoediae ex Marci ad Quintum litteris III 6, 7 aliae quattuor, nimirum Blasius p. 23 et siquis alius sex statuit praeter Erigonam fabulas, ex consecutione non necessaria numerum confecerunt improbum.* quattuor tragoedias *inquit Marcus* sedecim diebus absolvisse te cum scribas, tu quicquam ab alio mutuaris? et πάθος quaeris cum Electram et trodam scripseris? cessator esse noli et illud γνῶθι σεαυτόν noli putare ad adrogantiam minuendam solum esse dictum, verum etiam ut bona nostra norimus, sed et istas et Erigonam mihi velim mittas. *in quibus πάθος praeclare Vsenerus emendavit musei rhenani XXII p. 459 secundum Medicei scripturam* ΠΛΕΟC, *verum quod antecedit* et *non opus esse mihi videtur in* set *mutare cum eodem, quia interrogationi Marcus alteri alteram conectens pariter cum quattuor tragoediarum memoria coniunctam hoc potius curat*

ut haesitare sese in utraque re ostendat, quam ipsae res quid inter se distent. de quattuor igitur istis duae erant Electra olim ab Sophocle et Euripide Romaeque ab Atilio in scaenam delata et ea cuius nomen ut supra posui corruptum in Mediceo legitur, Troadas *fuisse Schuetzius et Wesenbergius,* Troilum *Fritzschius atque Vsenerus statuerunt non satis probabiliter, quoniam in corpore vocabuli facilius quam in exitu librarios peccasse credimus. quocirca quemadmodum* tropetes *in codicibus index est Apici libro sexto qui de avium opsoniis fuit* aëropetes, *sic* trodam *retorquendam esse opinor in* Aëropam *quod nomen nusquam fere scribae non fallaciter violarunt, ut iam Nicolaus Heinsius observavit ad Ovidi tristium II 391, creberrime illi quidem ab* eropa *declinantes in* europam. *Aeropam et Agatho fabulam inscripserat et Carcinus, idem argumentum in Thyeste Sophocles Euripidesque in Cressis tractaverant: quales tragoedias Romae lectitatas usuque tritas fuisse abunde declaratur Ovidiano quem indicavi loco.* πάθος *autem infuisse in hac materia gravissimum cum ex pervolgata contestataque fabulae ratione tum ex eo elucet quod Alexander Pheraeorum tyrannus ferocissimus ab Aeliano var. hist. XIV 40 narratur Theodoro histrione Aeropam agente* σφόδρα ἐμπαθῶς *effusus in lacrumas foras exsurrexisse. fortasse adiuvabit etiam hoc coniecturam meam, quod Romani quamdiu in tragicam poesin incubuere, vix quicquam singulis aetatibus magis in deliciis habuerunt quam Thyesteas Mycenas. ceterum hae tragoediae Quinti cunctae non tardius intermortuae esse quam natae videntur, certe non plures in annos vixisse. iam vero cum anno DCC Quintus et cupide composuerit fabulas et compositas ex provincia Romam miserit fratris sciscitans sententiam, facile etiam erit iudicatu de his quae leguntur in epistula mense sextili eiusdem anni a Marco ad Quintum data II 15, 3:* συνδείπνους Σοφοκλέους quamquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi. *ante quae verba de rebus urbanis relatum est, post ea de Quinti litteris quae Caesariani exercitus in Britanniam adventum nuntiaverant. ipsa autem illa Manutius et Wielandius II p. 506 ad rem nescio quam spectare arbitrabantur quae casu malo accidisset Quinto velut in magnifico convivio ita similem eius scaenae quam in dramate satyrico Sophocles induxerat, ut Quintus fabulae huius quasi actor fuisse videretur, Ernestius ad iocos Sophoclis imitatione expressos quibus cohortem*

Caesaris Quintus cavillatus esset. commenticia talia et contorta non opus est redarguere, una addita litterula restituo quamquam a te factam fabellam video esse festive: *nempe ex graeca Quintus etiam tum in Gallia commoratus converterat Sophoclis fabulam quae σύνδειπνοι volgo inscribebatur, a nonnullis σύνδειπνον, cuius reliquias Nauckius p. 127 ss. congessit. Marcus offici caussa et amoris fratrem laudat interpretem, poema ipsum romanae scilicet gravitati parum conveniens aspere improbat: putes eius reprehensionis severitate factum esse ut deinceps inde Quintus ab satyrorum licentia abstinens industriam suam transferret in veram tragoediam. Sophoclem autem ipse quam admiraretur quamque eo delectaretur, alios quoque scire loquentem Quintum frater fecit de finibus V § 3, scribentique ad eum anno DCIC nisi Sophoclei studii in mentem venisset, non adeo in proclivi haec fuisset comparatio II 8, 4* de re publica nimium te laborare doleo et meliorem civem esse quam Philoctetam qui accepta iniuria ea spectacula quaerebat quae tibi acerba esse video. *e familia Ciceronis operam aliquam eidem poetae Tiro navasse videtur quippe ex quo Marcus percontetur in epistula XVI 18, 3* an pangis aliquid Sophocleum? fac opus adpareat.

Tam litteratum quam Quintum iam cognovimus hominem in carminibus factitandis par est exercuisse se varie. sed dubitationem multam versus habet a Marco in epistula ad eum I 3, 8 his verbis commemoratus illud caveto, et eo puto per Pomponium fovendum tibi esse ipsum Hortensium, ne ille versus qui in te erat conlatus cum aedilitatem petebas de lege Aurelia falso testimonio confirmetur. *quamquam enim Hoffae mihi probatur iudicium contra Manutium existumantis de lege Aurelia iudiciaria carmen aliquod cum irrisione Hortensi circumlatum esse Quinti nomine — nimirum quo tempore lex ea lata est Hortensius petebat consulatum quadriennio ante aedilicia Quinti et consularia Cottae comitia — tamen Marcus ipse negare videtur Quinti auctoritatem posse confirmari nisi testimonio falso. deinde immerito Quintus epigramma fecisse ferebatur hoc in anthologias latinas receptum a Burmanno III 88 et a Meyero n. 245, quod pridem Bourdelotus perspexit in duo dividendum esse disticha, nam levitas mulierum altero increpatur, altero nequitia:*

crede ratem ventis: animum ne crede puellis,
namque est feminea tutior unda fide.

femina nulla bona est, vel si bona contigit ulli,
nescio quo fato res mala facta bona est.

hoc tetrastichon in antiquo Simeonis Bosi libro fuisse inter alia quaedam Ausoni et aliorum veterum carmina nec habuisse alium titulum quam solum hunc CICERONIS Binetus narravit, Ciceroni tribui in vetere Defloratorum exemplari Pithoeus, in multis veteribus codicibus adtribui Ciceroni Scaliger. et ad Quintum maxume Ciceronem referendi carminis hanc eruditi homines caussam habebant quod graves illi diutinasque cum Pomponia uxore fuisse discordias compererant. hariolati autem alii quos in praefatione Petroni p. XXXVIIII indicavi cum Petronio versus aut Ausonio aut Porphyrio adsignassent, recte opinor codices secutus Salmasianum Vossianum Thuaneum Meyerus dedit Pentadio. Ciceronis nomen quod in Bineti Pithoeique libro fuit impositum, id nescio an liceat alterius exemplo carminis factum dicere quod item Ausoni aliorumque poematis interiectum reapse Quinti Ciceronis est. nam in Vossiano codice optumo 111' folio quarto verso Ausoni idyllium XIX (editionis Bipontinae p. 221) hic sequitur titulus QUINTI CICERONIS HI UERSVS EO PERTINENT UT | Quod signum quo tempore inlustre sit nouerimus | Quod superius quoque nostris uersibus expeditur, *deinde de zodiaco signisque caelestibus poema imperfectum quod in anthologiis Burmannus V 41 et Meyerus n. 66 ediderunt, ego Alfredi Holderi diligentia cum Vossiano denuo collatum repetii pone commentariolum. neque enim in verbis quicquam reperitur quod apertam testis locupletis fidem infirmet, neque in argumento, quando quidem Arati poeticonque astronomicon frequentes Romae cultores Caesaris potissimum Octavianique temporibus extitere atque aemulum huius laudis Quintus ipsum fratrem habuit, neque in ullo denique extraneo indicio. mancum vero poema ut in quo incohetur siderum descriptio ab arcto et serpente et arctophylace, alia addantur nulla, non tam Quintus reliquisse videtur quam elector ille, si Scaligero credimus, ipse Ausonius, quem praecipue duodecim signa per quae sol annuum cursum conficit cum suo quodque tempore demonstrare voluisse cum ex eis versibus quibus index est p. 232 Bip.* in quo mense quod signum sit ad cursum solis *tum etiam ex titulo supra scripto intellegitur. ceterum memoratu dignum est a piscibus Quintum deduxisse circulum, non ab ariete ut plerosque astrologos aut a cancro ut Aratum.*

Iam ad levissima pervenimus litterati sive oti sive negoti documenta, ad epistulas. et Quinti, si commentariolum hoc e numero exemeris, quattuor extant integrae inter Tironianas servatae in Marci epistularum libro XVI. Tironem enim doctum et perhumanum Marci libertum cum domestici omnes maxume diligebant tum Quintus benivolentia atque amore mirifico fovebat. decedentibus igitur ex Cilicia Ciceronibus post quam Tiro graviter aegrotans Patris in Achaia relictus est, compluribus in litteris quas ad urbem proficiscens Marcus Tironi dandas curavit a novembri mense anni DCCIIII ad ianuarium anni insequentis, XVI 1 tum 3 et 4 et 5 et 6 denique 11 simul inscriptum est Quinti nomen hoc exemplo Tullius et Cicero Tironi suo salutem dicunt et Q. pater et filius *vel hoc* Tullius Tironi suo sal. plur. dic. et Cicero meus et frater et fratris f. *vel breviore hoc* Tullius et Cicero et Q. Q. Tironi s. p. d. *inter quattuor autem illas quas commentariolo adiunxi subiecique et Medicei discrepantiam a Baitero et Berolinensis a Wundero sumptam, prima est 16 ad Marcum fratrem de Tirone manu misso qua gratulatur gratiasque agit pro eo nuntio. non constat quidem Tiro quando libertatem nanctus sit, sed quod cum Statio Quintus Tironem confert maxumaeque sibi voluptati esse adfirmat Stati fidelitatem, quem servum invidiosae potentiae dum Asiam provinciam regit emisit manu anno DCLXXXXV (Cicero ad Atticum II 18, 4), deinde quod cum ad ceteros revisere cupit tum ad suam Tulliolam, non est cur posterius quam prima Tulliae iuventa aut per Gallicani magis muneris quam per Asiani administrationem scriptas a Quinto litteras statuamus. secundam epistulam 8 ad Tironem ipsum misit Patris aegrotantem cum vis morbi conversa esset in quartanam, ne infirma valitudine hibernae navigationi se committeret admonens eodem tempore quo Marcus similiter eum cohortatus est Capua datis litteris 12 ante diem IIII kalendas februarias anni DCCV. tertia 26 etsi notam anni nullam prae se fert, tamen non longo videatur intervallo afuisse a quarta quacum consonet in verbis verberationis et cessationis, haec autem 27 de Hirtio et Pansa coss. designatis ac latrone Antonio scripta est exeunte anno DCCX mense fortasse septembri. sermo epistularum earum prolixior paulo liberiorque quam commentarioli multo ante scripti si non ad comprobandam, at valet tamen ad mendac culpa liberandam profusam istam laudem qua fratrem Marcus*

commendari voluit in secundi de oratore libri prooemio § 10 quid tua potest oratione aut subtilius aut ornatius esse?, *neglegentiam vero elocutionis talem* incredibile est quae ego illos scio fecisse *et si qua alia minus bene dicta deprehenduntur, levis scripturae festinatione excusari aecum est. praeterea Quinti commemorantur epistulae in tribus epistularum libris a Marco ad fratrem scriptarum intra annos DCLXXXXV et DCC et permagnam quidem partem ipso anno DCC, in quibus creberrume ac prope continenter argumenta notantur Quinti litterarum de rebus publicis celebribusque hominibus, de aedificationibus ac pecuniis, de libris et doctrinae studiis. ea volumina ad vitam Quinti cognoscendam vitaeque rationes utilissima nolo percensendo excutere, ne iusto longius evager, haec tantum huc transcribere visum est I 2, 13* cetera fuerunt in eadem epistula graviora quam vellem: *ὀρθὰν τὰν ναῦν* et *ἅπαξ θανεῖν contumaciae et desperationis voces quas e proverbio graeco et Aeschyli Prometheo assumpserat II 4, 3 ἀμφιλαφίαν* illam quam tu soles dicere bono modo desidero *11, 1* risi 'nivem atram' teque hilari animo esse et prompto ad iocandum valde me iuvat *13, 4* tu quem ad modum me censes oportere esse et in re publica et in nostris inimicitiis, ita et esse et fore auricula infima scito molliorem *ex quibus imitationem conieci Catulli in indice scholarum hibernarum Grypisilvano anni 1868 p. 16 14, 2* in brevi epistula *πραγματικῶς* valde scripsisti *III 1, 19* Cicero tuus dedit mihi epistulam legendam tuam quam paulo ante acceperat Aristophaneo modo valde mehercule et suavem et gravem qua sum admodum delectatus. *ex Gallia adferri sibi litteras non totiens a Trebatio quotiens a Quinto Marcus illi exprobrat VII 7, 1. idem Attico suo de epistulis Quinti significat ab anno DCLXXXVI ad DCC et acerbius plūrumis iniuriosiusve scriptis ab anno DCCVII ad DCCX his locis I 5, 2 17, 1 et 4 19, 11 II 7, 5 16, 4 III 17, 1 18, 2 22, 1 26 IIII 1, 4 9, 2 15, 10 16, 7 18, 5 19, 3 XI 9, 2 10, 1 12, 1 13, 2 et 4 15, 2 16, 4 21, 1 22, 1 23, 2 XIII 41, 1 47b 2 51, 2 XIIII 10, 4 19, 3. de militaribus denique Quinti litteris ad Caesarem, cum Nervii castra legati obsessissent, in commentariis belli gallici V 40 45 49 Caesar fecit mentionem.*

Vidimus Quintum ingenium suum ac stilum ad historiam fabulas epica conferentem idque parvo mensium vix decem spatio

dum militiae onera sustinet: ab eloquentia refugit, ut Marcus narrat de oratore II § 12, unum satis esse in una familia rhetorem iocatus, neque in philosophia habitabat magis quam hospitabatur a fratre in compluribus libris de istius modi rebus vocatus in partes collocutionis. et de finibus V § 96 eum Marcus ad Peripateticorum honorem fingit profiteri huius philosophiae supellectilem pluris aestumare se quam possessiones reliquarum, ita sibi divitem videri ut ab ea petere possit quicquid in studiis suis concupierit. at tamen in philosophia quoque aliquo Quintum loco numerari oporteret, si recte hunc ac non fratrem oratorem Lucreti carmina emendasse crederemus duce Lachmanno commentari Lucretiani p. 63. quam controversiam a multis nuper agitatam diligenterque a Pollio edissertam in Philologo XXV p. 499 ss. et XXVI p. 561 ss. quoniam prorsus praetervolare non licet, paucis hic complectar. neutram in partem mihi videtur aptari posse quod Marcus paulo post nonas februarias anni DCC codicillis fratris qui ex urbe modo rus ierat sic respondet II 9, 3 Lucreti poemata ut scribis, ita sunt multis luminibus ingeni, multae etiam artis. sed cum veneris, virum te putabo si Sallusti Empedoclea legeris, hominem non putabo. *manifesto quidem tum utrique Ciceroni versabantur inter manus poemata illa sed utrum Marco iam dudum cognita et ab hoc tradita Quinto an a Quinto iudicium praeeunte delata ad Marcum qui antea ignoraverit, an aliunde denique fratri pariter utrique missa, ex ipsis verbis nullo modo extorquebitur. et ut emendata Lucreti carmina tunc ipsum esse concedamus, utercunque Cicero emendavit, certe nihil amplius quam extremis ea digitis attigit subsicivique aliquid temporis ipse huic operae impertitus reliqua demandavit librariolis, ut non difficilius sit credere haerentem inter villarum lustrationem et urbanam commorationem et Gallicam legationem Quintum eo munere perfunctum esse quam Marcum senatoriis ac publicis negotiis variisque quae impendebant accusationibus defensionibusque districtum, per vacuos dies suis libris intentum de temporibus suis expoliendis aut de re publica informandis, praeterea voluntate vitaque ab Epicuri secta valde alienatum. verum nimio plus vereor ne dederimus eis qui de emendatione aliquid extricari ex illa epistula volunt:* poemata *enim vel a Cicerone vel a Varrone Catullo aliis carmina dicuntur minora diffusa singillatim contexta, non una perpetuaque*

poesis. quamobrem tum Cicerones quae cognoverant, nequaquam fuere compositus ac paratus qui Romae porro legebatur hodieque legitur liber de natura rerum, possunt fuisse si quidem philosophia poetica detinente cogitationem Marcus ad Sallusti Empedoclea traduxit, eius operis partes, quas tu si paucas vis statuere a vivo etiam tum Lucretio cum litteratis amicis communicatas sive cunctas in chartis mortui asservatas a Cicerone, nihil ego nunc repugno, quia nostrae huic disputationi sufficit ut non significasse Marcum intellegas absolutos uno tenore conexosque libros et quales grammaticus atque universae formae spectator Suetonius vocaverit emendatos. ea igitur quam exorsi sumus quaestio redigitur tota ad unius testimonium Hieronymi cum aliquot libros per intervalla insaniae conscripsisset quos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit, *in quo cum omissum praenomen sit, non licet dubitare quin celeberrumus eius nominis homo Marcus designetur. atque supra quas perstrinxi ex contrario ratiunculae quoniam non satis idoneae sunt ad coarguendam aut Hieronymi negligentiam aut errorem librariorum, ultra quo progrediamur in praesentia non habemus quam ut videri dicamus Lucreti emendatorem Marcum fuisse.*

Scripsi mense septembri anni MDCCCLXVIII.

I

COMMENTARIOLVM PETITIONIS

QVINTVS MARCO FRATRI S. D.

Etsi tibi omnia suppetunt ea quae consequi ingenio aut usu I 1
homines [aut intelligentia] possunt, tamen amore nostro non sum

---

BEROLINENSIS CODICIS DISCREPANTIA: 1 Q·M·FR^{1}·S·D· | 3 aut intelligentia *seclusi*

SELECTA ALIORVM DISCREPANTIA *uide p. 13:* 1 *inscriptione caret l 36* Q. Cicero de petitione consulatus ad M. Tullium fratrem *l 3 47 50 122 127* Q. Ciceronis de petitione consulatus ad M. Tullium fratrem (*aut* ad Marcum fratrem) liber *l 48 49 124 126* commentarium petitionis consulatus M. T. Cice. ad Q. fratrem *l 38* de petitione consulatus ad Q. aut M. Ciceronem fratrem. quod opusculum pars M. Ciceronis, pars Quintii esse uolunt. phrasis autem et ratio Quinto adiudicant, nam solus Marcus consulatum gessit. at cuiuscunque est, poenitendum certe non est, et quia orationis saltem paraeneticae formam habet, caeteris apposuimus *l 117* de petitione consulatus ad Q. fr. *V manu recentiore* de petitione consulatus *Parisinus item recentiore fortasse Thuani manu* | 2 ea *om. L praeter 48 49* | 3 homines *om. l 3 36 38 117 127* | aut diligentia *L* | ab amore *l 3 36 47 48 49 50 126 127*

SCHOLIA: *3* aut intelligentia] *non recte facta diuisio est, nam* ingenium *et* usus *si componuntur, comprehendi illis* intelligentiam *quoque apparet quam aut natura animi aut experientia praebeat. neque Itali non falso* diligentia *scripserunt, ea enim tam propria est* usus *ut non possit tertium praeter duo illa locum obtinere. uelut M. Cicero quem Hoffa aduocauit pro Quinctio § 2* neque usu satis *inquit* et ingenio parum possum, *tum § 4* quoniam minus ingenio possum, subsidium mihi diligentiam comparaui, quae quanta sit, nisi tempus et spatium datum sit, intellegi non potest. *praeterea* homines *inepte tripertitae enuntiationis commati secundo additum esse eidem Itali intellexerant, cum id uocabulum delerunt. nos qui abesse* homines *nolumus, insiticia ea quae secuntur iudicamus, praesertim cum alia satis multa uersatum esse in hoc libello interpolatorem admodum stultum arguant.*

alienum arbitratus ad te perscribere ea quae mihi veniebant in mentem dies ac noctes de petitione tua cogitanti, non ut aliquid ex his novi addisceres, set ut ea quae in re dispersa atque infinita viderentur esse, ratione et distributione sub uno aspectu ponerentur.

2 Civitas quae sit cogita, quid petas, qui sis. prope cotidie tibi hoc ad forum descendenti meditandumst 'novus sum, consulatum peto, Roma est'.

Nominis novitatem dicendi gloria maxime sublevabis. semper ea res plurimum dignitatis habuit. non potest qui dignus habetur patronus consularium, indignus consulatu putari. quam ob rem quoniam ab hac laude proficisceris et quicquid es, ex hoc es, ita paratus ad dicendum venito, quasi in singulis causis iudicium de omni ingenio futurum sit. eius facultatis adiumenta, quae tibi scio esse seposita, ut parata ac prompta sint cura, et saepe quae *de* Demosthenis studio et exercitatione scripsit De-
3 metrius, recordare. Deinde * ut amicorum et multitudo et genera

3 addiscerem *Wunderus enotauit e codice, non Meynckius* | 5 *post* ponerentur *addita haec* quamquam plurimum natura ualet tamen uidetur in paucorum mensum negocio posse simulatio naturarum uincere *quae Puteanus in § 42 transtulit 'librum ueterem' secutus teste Grutero* | 6 *fortasse* nempe cotidie | cottidie | 7 descendendi | meditandum est *Tydemanus Baiterus ego:* meditandum sit | 15 socio | 16 quae demostenis | 17 deinde ut: *imperantis uerbum intercidit*

1 arbitratus alienum *l 47 50 122 124 126* | 3 addisceres *l 50*: addicerem *l 38* adicerem *l 36* adiicerem *L* adiscerem *cum superscripto* al. disceres *V* addiscerem *'duo manuscripti' Lambini* | 4 uidentur *l 3 117 127* | 6 quotidie ad forum tibi descendenti meditandum hoc sit *L praeter 126 in quo* meditatum | 9 nominis *om. l 3 36* | 14 de tuo omni *l 50* | 15 prompta ac parata *l 3 48 49 127* | 17 deinde et amicorum multitudo *L*

6 cur dixit prope cotidie *Marco istud meditandum esse, cur non* cotidie? *ne sint cotidie mane soliti uisitare forum, qua caussa suam ipse adhortationem ita infirmasse putabitur? at in § 54 hoc repetens praeceptum apte dixit* quod tibi cotidie ad forum descendenti meditandum esse dixeram. *itaque* nempe *scripsisse Quintum conieci, iam enim explanatur sententia superior finibusque circumscribitur certis.*

10 dignus habetur] *ita scripsit, non* est, *quod re uera consularem hominem Marcus eo tempore, quantum quidem sciamus, nullum dum defenderat in iudicio.*

14 adiumenta] *studia ac scripta Marci rhetorica quorum testes libros de inuentione habemus.*

16 Demetrius *Phalereus in uita Demosthenis quam Marcus adhibuit de diuin. II § 96.*

17 ut *particula non habet quo referatur, nisi Quintum a* cura *iuste progressum usque ad* recordare *subito tanquam petauristam resiluisse ad* cura *credas. tum hoc enuntia-*

appareant. habes enim ea quae * novi habuerunt: omnis publicanos, totum fere equestrem ordinem, multa propria municipia, multos abs te defensos homines cuiusque ordinis, aliquot collegia, praeterea studio dicendi conciliatos plurimos adolescentulos, cotidianam amicorum assiduitatem et frequentiam. haec 4 cura ut teneas commonendo et rogando et omni ratione efficiendo ut intelligant qui debent tua causa, referendae gratiae, qui volunt, obligandi tui tempus sibi aliud nullum fore. Etiam hoc multum videtur adiuvare posse novum hominem, hominum nobilium voluntas et maxime consularium. prodest, quorum in locum ac numerum pervenire velis, ab is ipsis illo loco [ac] dignum [numero] putari. i rogandi omnes sunt diligenter et ad eos alle- 5 gandum est persuadendumque is nos semper cum optimatibus de re publica sensisse, minime popularis fuisse, siquid locuti populariter

1 quae noui: *supplementum Schwarzius Baiterusque ex Ciceronis ad Fadium ep. V 18 repetierunt* non multi homines noui | omnibus | 2 fore | 5 cottidianam | 6 commouendo *scripsi:* commendando | 11 his | ac *et* numero *seclusi* | 12 hic rogandi | allegendum | 13 his

1 quae noui non habuerunt *l 50* quae noui non omnes habuerunt *doctus Lambini amicus* | 2 propria] praeterea *L excepto 38 qui* propria dura municipia *habet sed* propria *correctum in* propterea: *similiter* propria diua *V* propria dma *T* praeterea diuina *Cratandrina* | 3 homines *om. l 48 49 124* | 6 cura et ut teneas *l 3 36 38 47 48 49 122 124 127* et commendando *l 50* | 7 et qui debent *l 50* | et qui uolunt *L* | 11 loco ac numero dignum putari *L* | 13 est *om. L praeter 3 36 38* | persuadendumque est iis *L praeter 38 qui* est *omisit* | iis *om. Palatinus*

tum, quod nouam ducit expositionem de amicitiis altero nouitatis subsidio, non debebat imbecillius ita subsequi ut aliunde quaesito opus esset adminiculo. qua re fac *addendum esse censeo.*

2 propria *tibi uni dedita. sic § 35* minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores cuadunt.

6 commendando *non ualet id quod ualere aiunt* te illis commendando. commendare ut intellegant *nescio an prouincialis fuerit locutio, in antiquis litteris exemplum non repperi. Quintus quid scripserit simplicis quam uariae orationis studiosior ipse docet § 19* commonendo, rogando, confirmando, curando ut intellegant. *origo mendi ut appareat, hic scriptum est* comendo *in codice Lagomarsiniano 38, ibi in eodem* commendo.

11 ac numero *iterare nimiae erat diligentiae. ac ne bene quidem haec conueniunt* illo numero dignum-putari. *aliquotiens in libris Ciceronis quae supra uersum uel in margine adposita erant glossemata tam neglegenter in ipsum uersum compulerunt ut uel media uocabula dirimerent (cf. musei rhenani XII p. 467). item hic factum est ut* ac *ante* dignum, numero *ante* putari *inculcaretur.*

videamur, id nos eo consilio fecisse ut nobis Cn. Pompeium adiungeremus, ut eum qui plurimum posset, aut amicum in nostra
6 petitione haberemus aut certe non adversarium. Praeterea adolescentes nobiles elabora ut habeas vel ut teneas studiosos. quos habes, multum dignitatis afferent. plurimos habes; perfice ut
sciant quantum in is putes esse. si adduxeris ut i qui volunt,
II 7 cupiant, plurimum proderunt. Ac multum etiam novitatem tuam adiuvat quod eius modi nobiles tecum petunt, ut nemo sit qui audeat dicere plus illis nobilitatem quam tibi virtutem prodesse oportere. iam P. Galbam et L. Cassium summo loco natos quis
est qui petere consulatum putet? vides igitur amplissimis ex fa-

1 ·GN· *lineola super* N *ducta* | 3 peticione | 5 afferrent | 6 in his | ut hi | uolunt *scripsi:* nolunt | 8 adiuuant. atq; eius | 9 illius | 10 nam *Lambinus*

1 uideamur *omisere l 3 48 49 124 126 et qui* fuerimus *substituit 117* | 4 uel teneas *l 48 49 117 126* | studiosos tui quos *l 50* | 6 quod si adduxeris *l 50* | non nolunt ✠ *l 50* non uolunt *aut* nolunt *reliqui* | 7 plurimum quidem proderunt *V* plurimum quidem potuerunt *l 38*

4 studiosos] tui *pronomen in eadem dictione* studiosos habebis *§ 32 omittitur. contra § 23* studiosus tui esse uidebitur, *§ 28* esse eum studiosum tui, *§ 57* hominibus studiosis nostri. *ordinem autem uerborum hunc esse oportebat* ut habeas studiosos uel ut teneas quos habes *aut tardiorem hunc* ut habeas uel ut teneas quos habes studiosos, *non eum quem uolgo sequebantur* ut habeas uel ut teneas studiosos quos habes. *mutata igitur interpunctione* quos habes *posteriori enuntiato adtribui.*

6 uolunt *in hac oppositione uerborum et distinctius est et acutius quam Palermi aut scribae alicuius commentum* non nolunt. *ex ipsa sententia facile adsequimur quod adiungi plerumque solet* qui tua causa uo'unt.

10 iam *si enuntiatum alterum alteri adnectit, porro pergere orationem indicat ad alia ac noua. quae coniunctio abhorret ab hoc loco quo Quintus id quod de uniuersis competitoribus dixerat nobilibus, singillatim explicare coepit. nec defendere* iam *licebit nisi notam dumtaxat temporis eam esse statueris ad hunc modum* nemo iam Galbam et Cassium petere putat, *uel* iam Galba et Cassius iacent. *P. Sulpicius Galba, iudex tristis et integer, quaesturam iniit nonis decembribus anni u. c. DCLXXXIIII (Cic. Verr. I § 30), biennio post quaesturam praetor factus esse cum M. Cicerone uidetur, in petitione consulatus superatus est ab eo gratia (ad Att. I 1, 1 pMur. § 17). L. Cassius Longinus, in praetura M. Ciceronis collega a. DCLXXXVIII, ad quem Corneli de maiestate nomen delatum est, repulsus in consulatus petitione inter coniuratos Catilinae fuit incendiis urbis praepositus absensque morte damnatus est (vide Drumanni hist. rom. II p. 160 s.) hi competitores cum relicuis duobus Q. Cornificio et C. Licinio Sacerdote, quos Quintus utpote homines ignobiles ne nominauit quidem, aliquanto ante comitia* prope iacebant *ut Asconius scribit in argumento orationis quam in toga candida Cicero habuit.*

miliis homines, quod sine nervis sunt, tibi pares non esse. at 8
Catilina et Antonius molesti sunt: immo homini navo, industrio,
innocenti, diserto, gratioso apud eos qui res iudicant, optandi
competitores, ambo a pueritia sicarii, ambo libidinosi, ambo egen-
tes. eorum alterius bona proscripta vidimus, vocem denique
audivimus iurantis se Romae iudicio aequo cum homine Graeco
certare non posse. ex senatu eiectum scimus optima [vero] cen-
sorum existimatione. in praetura competitorem habuimus amico
Sabidio et Panthera, quom ad tabulam quos poneret, non haberet.
quo tamen in magistratu amicam quam domi palam haberet, de
machinis emit. in petitione autem consulatus Cappadoces omnes

2 homines | nauo *Puteanus:* nouo | 4 á puericia | 7 uero *seclusi* | 9 cum *Lambinus:* quam | 11 peticione | Cappadoces *scripsi:* caupadoces

1 qui *L* | sint *L praeter 3 48 49 117 127* | esse] posse *l 3 unde* esse non posse *l 47 50 122 124 126* | 2 Antonius et Catilina *L* | nauo *aut* nouo *om. L* | 3 optandi hi *Orellius* | 4 a pueritia *om. L praeter 48 49 50* | 7 et ex senatu *L* | 9 quod *L praeter 50* | habebat *L* | 10 palam domi *L praeter 50* | 11 autem *om. l 3 127* | caupones *L nisi quod* componens *3* compones *uel* cum pones *36 38* cauponas *117 127* | hic *post* omnes *add. L*

7 C. Antonium Hybridam L. Gellius et Cn. Lentulus duo censores clarissimi uiri sapientissimique homines *(Cic. pCluent. § 120) a. DCLXXXIIII de senatu eiecerunt quod Graecos diripuerat Sullano tempore, quod in ius ab eis uocatus a. DCLXXVIII tribunos plebei appellauerat ne caussam diceret, quod aere alieno obrutus bona in sua potestate non habuit. postea praeturam una cum M. Cicerone gessit. iam uero uolgo comprehendebant* optima uero censorum existimatione in praetura competitorem habuimus *prorsus insane, quamquam id quod res postulat Gesnerus dudum patefecerat his uerbis 'potest aliquis notari innocens a cupidis censoribus et iniquis, hic uero eiectus optima illorum existimatione'. sequitur autem ut* uero *praue intrusum habeamus a librario qui uim* profecto *uerbi uel* et optima quidem *expressurus erat. neque enim ea particula suaserim ut hinc translata post* praetura *inseratur aut mutetur in* duorum.

9 confer legem municipi Malacitani r. LV qui comitia habebit, curato ut ad cistam cuiiusque curiae ex municipibus eiius municipi terni sint, qui eiius curiae non sint, qui suffragia custodiant diribeant, neue prohibeto quo minus et qui honorem petent, singulos custodes ad singulas cistas ponant. *Pantheram a lanisticia familia oriundum fuisse nomen uidetur prodere.*

11 caupones *Itali. sane in prouerbio apud Petronium sat. 62* copo compilatus *apparet qualem in mimis uisitatum esse credo. sed* legationem *ad caupones a quo mandatam et quo pacto institutam esse cogitemus ? fuit igitur cui* allegationem *in mentem ueniret, quasi ipsum peregrinatum esse Antonium Quintus non planissime dixerit. iam uide quod satis perspicue in codice Germanico traditum est, quam id sit aptum. Ariobarzanes rex Cappadociae socius populi Romani atque amicus a Mithradate ante annum DCLXXXVIII regno eiectus, post quam Pompeius e Ponto Mithrada-*

compilare per turpissimam legationem maluit quam adesse et po-
9 pulo Romano supplicare. alter vero, dii boni, quo splendore est? primum nobilitate eadem [qua Catilina]. num maiore? non. set virtute. quam ob rem? quod Antonius umbram suam metuit, hic ne leges quidem, natus in patris egestate, educatus in sororis stupris, corroboratus in caede civium, cuius primus ad rem publicam aditus *equitibus* R. occidendis fuit. nam illis quos meminimus Gallis, qui tum Titiniorum ac Manliorum ac Tanusiorum

3 qua catilina *expulit Lambinus* | 4 Antonius *Corradus:* manius | 5 nec leges: *em. Lambinus* | 7 in equitibus romanis *L*: ·r· | 8 Manliorum *scripsi*: mannorum

2 quo dii boni splendore *l 3* | 3 *malueram* nobilitate non maiore | 5 hunc (hoc *36 38*) negliges quidem *L praeter 50, deinde* natum *et* educatum *et* corroboratum *fere eidem* | 8 Nanniorum *l 48 49* Vanniorum *l plerique*

tem trans Caucasum pepulit Asiaeque rebus compositis in Syriam contendit, anno DCLXXXIX uel DCLXXXX restitutus est in regnum cuius fines etiam adiectis nonnullis ciuitatibus dilatati sunt. idem tum in conspectu Pompei se abdicauit regno fili gratia (Appianus Mithr. 105, Valer. Max. V 7 ext. 2). quodsi recordamur quam et facile et lubenter senatores nobiles sumpserint eius modi legationes, uelut P. Clodius anno DCXCV ad Tigranem et a. DCIC ad Brogitarum Galatiae regulum liberam legationem meditatus esse fertur, potuisse Antonium concedemus illo tempore legatum in Cappadociam proficisci eo nomine ut instaurandi constituendiue curas regni capesseret, eo consilio sibi ut pecuniam colligeret. quam legationem si ita suscepit, eo turpiorem plerisque uisam esse consentaneum est, quo magis Cappadocem constabat aeris egere.

3 num maiore re? *Palermus obscurius, cum rem familiarem uellet intellegi. si quaeris, praeter nobilitatem et uirtutem quid plurimum profuerit candidato ad splendorem, respondeo* gratiam. *neque tamen quae hodie legitur interrogationem imperfectam aut inutilem esse arbitror, modo hanc ei uim subiciamus: forsitan maior uideatur quod Catilina patricius est e gente Troiana, Antonius plebeius, uerum non est maior quod Catilinae, maiores non ultra praeturae honorem euecti sunt, Antoni pater orator fuit clarissimus inter principes ciuitatis.*

5 sororis stupris *quae Sergia fecit cum aliis, nam Catilinam etiam sororio stupro pollutum esse sic ut Clodium ne Marcus quidem fingebat. ambiguam Quinti dictionem Drumannus reprehendit hist. rom. V p. 387 n. 66.*

8 Manliorum *proxume ad codicis Germanici litteras accedere uidetur.* Vanniorum *aut* Naucorum *aut* Nanniorum *libri a Lagomarsinio collati,* naniorum *Parisinus et Leidensis. Manutius in Ciceronis ad Atticum epistula I 16, 5* Caluum ex Nanneianis illum *Crassum appellatum esse ideo suspicabatur, quod proscriptorum a Sulla equitum opes sibi comparauerat. Manuti igitur iudicio idem utrobique nomen restituendum erat, ut* Nannii *si uocabantur, in epistula illa scriberetur* ex Nannianis. *sed ea cognomenti iocularis interpretatio cum non tantum incerta sit uerum etiam cum sermone latino parum congruat (nempe e Maecenatianis non dicitur nisi qui ipse fuit in familia amicisue Maecenatis) nullo usui est ad emen-*

capita demebant, Sulla unum Catilinam praefecerat. in quibus ille hominem optimum Q. Caecilium, sororis suae virum, equitem Romanum nullarum partium, cum semper natura tum etiam aetate iam quietum, suis manibus occidit. quid ego nunc dicam petere III 10
cum consulatum, qui hominem carissimum populo Romano M. Marium inspectante populo Romano vitibus per totam urbem ceciderit, ad bustum egerit, ibi omni cruciatu lacerarit, vivo stanti collum gladio sua dextera secuerit, cum sinistra capillum eius a vertice teneret, caput sua manu tulerit, cum inter digitos eius rivi sanguinis fluerent; qui postea cum histrionibus et cum gladiatoribus ita vixerit ut alteros libidinis, alteros facinoris adiutores haberet; qui nullum in locum tam sanctum ac tam religiosum accesserit in quo non etiam si aliis culpa non esset, tamen ex sua nequitia

1 sylla | 2 caucilium *quod quae praecedit praenominis notam cum Wundero possis interpretari* que | 10 fluxert *lineola super* r *ducta* | 11 uixerit *scripsi* : uixit | 12 accesserit *scripsi* : accessit | 13 nequicia

2 hominem unum optimum *l 3 36 38 47 48 49 117 127* hominem uirumque optimum *'liber unus antiquus' Lambini* | 5 eum] cum *Itali. inde ortum* cum te consulatum *in l 36 38* cum eo te consulatum *in l 3 117 127* tecum consulatum *in l 47 48 49 50 122 124 126* | 6 uiribus *l 38 unde* uirgis *L* | 7 uiuo statim collum *l 3 36 38 117 127* uiuum lacerarit stanti collum *l 50* | 12 ac] et *l 3 48 49 124 127* | 13 etiam sine aliis *l 3* etsi *l 47 124 127* in aliis *L*

dandum hunc locum. Asconius in enarratione orationis candidatoriae occisos a Catilina nominat Q. Caecilium, M. Volumnium, L. Tantasium, *quorum nominum postremum in* Tanusium *mutari oportet. eius gentis notissimus ille scriptor fuit cuius chartae ponderosae a Catullo perstringuntur.*

1 demetebant *Gesnerus proposuit secundum Ouidianum illud* demetit esse caput, *cui coniecturae licet genetiuus fauere uideatur, figuratae tamen uestigia orationis in hoc libello fere nulla deprehenduntur. Caligula apud Suetonium* tam bona ceruix simul ac iussero demetur. *deinde* unum *Itali ante* optimum *addiderunt, eidem seruarunt id quod post* Sulla *legitur.*

7 ante bustum Q. Catuli *Seneca de ira III 18, 2* ad sepulcrum Lutatiae gentis *Valerius Max. IX 2, 1* aput Catuli sepulcrum *Florus II 9, 26. fuit id in Ianiculo (Cicero or. fragm. p. 943, 17 Halmi). omisso nomine eius quem ultum ibat inuidia Catilinae augetur.*

11 facinorum *codex Oxoniensis.* facinus *modo omnem complectitur faciundi audaciam modo singulare denotat factum insigne. Cicero Milonianae §73* eum cui nihil umquam nefas fuit nec in facinore nec in libidine.

13 aliis *culpa priuatis obicitur* sua nequitia, *expeditior uero oratio foret si* aliis *post* nequitia *legeretur. incestam cum Fabia uirgine Vestale consuetudinem quod habuerat Catilina anno DCLXXXI accusatus erat et absolutus cum muliere. quae quia Terentiae Marci uxoris erat soror, Cicerones eam rem aut ta-*

dedecoris suspitionem relinqueret; qui ex curia Curios et Annios, ab atriis Sapalas et Carvilios, ex equestri ordine Pompilios et Vitias sibi amicissimos compararit; qui tantum habeat audaciae, tantum nequitiae, tantum denique in libidine artis et efficacitatis, ut prope in parentum gremiis praetextatos liberos constuprarit? quid ego nunc de Africa, quid de testium dictis scribam? nota sunt, et ea tu saepius legito. set tamen hoc mihi non praeter-

1 curiose tanios | 3 habeat *scripsi* : habet | 4 nequiciae | 5 constuparit | 6 affrica | 7 permittendum

2 ab atriis Sapalas] ex Sistra palas *V* ab atriis exsistrapalas *l 38* | 3 Vettios *l 50* | 5 prope uirentum gremiis *'liber uetus unus' Lambini* | 6 nunc tibi de *L* | 7 ea tu] tu ea *V l 38 117 126* | legisti *HAKochius*

cent uelut si Marcus ad Att. I 16, 9 bis absolutum *Catilinam dicit aut inimico uni in crimen uertunt.*

2 atria *Romae antiquitus multa fuerunt sacro usui publicoque destinata, in quibus Vestae atrium et Libertatis et in quo collegium consistebat antiquissimum sutorium et atria Licinia aliaue auctionaria quibus praecones utebantur (Cic. p Quinctio § 12 et de lege agr. I § 7). huius generis atria, quae foro potissimum et macello iuncta ac per frequentiores urbis regiones disposita fuisse par est, postea cessisse uidentur magnificentiori basilicarum porticuum scholarum apparationi, quomodo Porciam Cato basilicam duobus emptis atriis et quattuor tabernis in foro extruxit. Quintus igitur ubi homines* ab atriis *dixit — interiecit autem inter senatores et equites propter loci notionem* atriis *communem cum* curia *— uel plebem collegiorum uel cocuntes in publica illa loca cum plebe homines miseros significauit. senatores quos nominauit Q. Annium et Q. Curium inter coniuratos Catilinae etiam Sallustius numerat, ceteri plane ignoti sunt. pro* Sapalis *Puteanus* Scapulas *substituit*, Popilios *pro* Pompiliis *Corradus*. Caruilios *cum Italorum culpa abisset in* Carniolos, *in Leidensi libro factum est* cornelios *quod nomen eques habuit socius Catilinae. extremum nomen* Cneios *et* Gneios *et* neios *et* Cneos *et* Cnaeios *et* Cnaeos *scribitur in collatione Lagomarsiniana, in Leidensi* ueios. Vettios *a Lambino inductos quo iure posteriores retinuerint non liquet.*

3 compararit *libri, quos Hoffa aspernatur, opinor ut soloece Quintus loquatur. ego hoc fretus uetustae scripturae indicio coniunctiuos reposui secundum Ernestium.*

6 *defensum esse Catilinam a Cicerone cum redux ex Africa repetundarum a Clodio accusaretur Fenestella ait, negat Asconius: cogitare se defendere competitorem ipse ad Atticum scripsit I 2, 1. Quinti uerba Asconium magis adiuuant quam Fenestellam: quin enim dixit* nota tibi sunt, *cur dixit* nota sunt *id est omnes ea norunt? praeterea Marcus ea* legere saepius *iubetur, quasi non praesens audiuerit, litteris consignarit, etiam atque etiam secum reputarit, oratione denique pertrectarit. his uerbis non admonemus hominem ut eas res quibus interfuerit memoria repetat, sed ut non satis cognita memoriae mandet. ubi autem testium dicta legere fratrem Quintus uoluit? in actisne praetoriis? non credo. sed quamquam diurna acta a Caesare demum consule coepta sunt confici, tamen homines quales illa aetate fuerint et quanto studio in re publica atque in litteris uersati si con-*

mittendum videtur quod primum ex eo iudicio tam egens discessit, quam quidam iudices eius ante illud [in eum iudicium] *fuerunt*, deinde tam invidiosus ut aliud in eum iudicium cotidie flagitetur. hic se sic habet ut magis timeant etiam si quierit, quam ut contemnant siquid commoverit. Quanto melior tibi fortuna petitionis data est quam nuper homini novo C. Coelio. ille cum duobus hominibus ita nobilissimis petebat, ut tamen in is omnia pluris essent quam ipsa nobilitas: summa ingenia, summus pudor, plurima beneficia, summa ratio ac diligentia petendi. ac tamen eorum alterum Coelius cum multo inferior esset genere, superior

2 in eum iudicium *seclusi* | fuerunt *addidit L* | 3 cottidie | 4 timeant *Tydemanus et ego* : timeat | contemnant *Tydemanus et ego* : contemnat | 5 peticionis | 6 celio | 7 in his | 10 celius

1 tam egens ex eo iudicio *l 47 50 122 124 126* | 2 ante illud iudicium fuerunt *L* | 4 quieuerit *L praeter 117* | 10 alterum] cum deesset alter *add. L praeter 38* cum deesset *add. V. uidēs glossam* deest alter | Coelius etiam cum *L* | esset inferior *L*

templamur, etiam proxumo ante Caesarem tempore grauissima quaeque facta subitis ac fortuitis scriptionibus peruolgata esse uix negabimus. itaque de iudicio quoque Catilinae illo commentarium aliquem puto extitisse qui testium dicta suppeditare Marco potuerit. et *particulae etsi in duorum enuntiatorum commissura positae duriuscule aliud exemplum § 37 praebet, tamen hic quod pronomini male obtenditur, tollenda uidetur.*

2 ante illud iudicium fuerunt *uolgo. sed quoniam* ex eo iudicio *praecessit, male cum ualidiore pronomine nomen idem infertur. immo* in eum iudicium *manifestum est huc aberrasse ex inferiore uersu, quo errore* fuerunt *interceptum est.*

4 ut magis timeat etiam si quierit quam ut contemnat siquid commouerit] *haec sic enarrant 'non uerendum ne quid moliatur Catilina quo consulatum per largitionem adipiscatur, tantum enim abest ut si quid huius modi tentarit, accusationem contemnat, ut etiam timeat ne propter priora facta accusetur, licet nil molitus fuerit'. isne timeat qui supra dictus est nil metuere? timeatne Catilina absolutus ne accusetur? deinde contemnere si quid commoueris plane aliud est atque contemnere si quid re commota mali instet. sed mittamus nugas. prodest Marco timor quem uel quietus, terror quem conturbans competitor sui fecit. quam ob caussam aut* timeatur *et* contemnatur *scribendum erat aut quod in schedis Tydemanus inter alia atque inutilia rettulit et ipse dudum inueneram* timeant *et* contemnant. *Tydemani nota haec est 'uellem* ut magis timeant eum si quierit quam eum contemnant si quid commouerit'.

10 alterum *hunc non nouimus. superiorem eo Caldum fuisse patet populari gratia, quod nobilibus usquequaque infestus legem tabellariam tulerat tribunus plebei anno DCXXXXVII et* assecutus erat in dicendo aliquam mediocritatem *teste Cicerone de orat. I § 117 qui identidem eum quasi nobilitatum consulatu hominem nouum commemorat. alter Caldi competitor L. Domitius Ahenobarbus fuit collega eius in consulatu a. DCLX. petitio illa in*

12 re paene nulla, superavit. qua re tibi, si facies ea quae natura et studia quibus semper usus es, largiuntur, quae temporis tui ratio desiderat, quae potes, quae debes, non difficile certamen *erit* cum his competitoribus, qui nequaquam sunt tam genere [insignes] quam vitiis nobiles. quis enim reperiri potest tam improbus civis qui velit uno suffragio duas in rem publicam sicas destringere?

IIII 13 Quoniam quae subsidia novitatis haberes et habere posses, exposui, nunc de magnitudine petitionis dicendum videtur. Consulatum petis, quo honore nemo est quin te dignum arbitretur, set multi qui invideant. petis enim homo ex equestri loco summum locum civitatis, atque ita summum ut forti homini, diserto, innocenti multo idem ille honos plus amplitudinis quam ceteris afferat. noli putare eos qui sunt eo honore usi, non videre, tu cum idem sis adeptus, quid dignitatis habiturus sis. eos vero qui consularibus familiis nati locum maiorum consecuti non sunt, suspicor tibi, nisi siqui admodum te amant, invidere. etiam novos

1 re paene nulla *scripsi:* nulla re pene | 4 erit *post* non *additum in L huc transposui* | 5 insignes *seclusi* | uiciis | 7 distringere | 9 peticionis | 10 quin *Lambinus:* qui

1 quare si facies *L sed* tibi facies *48 49* | quae tibi natura *L* 2 quibus usus es semper *L praeter 38* | 4 cum *om. V l 3 38 47 117 127* | 8 quoniam igitur quae *L praeter 50* | 10 qui te non dignum *L praeter 50* | 11 sed sunt multi *l 3 48 49 117 127* | homo equestri *L nisi scriba errauit* | locum summum *l 117* | 12 homini] uiro *l 50* | 13 ille idem *L praeter 38 50 117* | 17 suspicor tibi *om. l. 50* | nisi qui *L* | inuidere *om. l 38* non inuidere *correctum in* tibi non inuidere *l 50*

Quinti pueritiam inciderat tum fere decem annos nati. interemptus est Caldus post Sullae ex Asia reditum circiter annum DCLXXII. Coelii, *non* Caelii *Caldi in nummis uetustis nominantur.*

1 nulla re paene superauit] *Turnebo quod in unum coniungebat haec* paene superauit, *quis non ignoscet? neque enim aliter possunt pronuntiari et qui ad suum arbitrium interposita uirgula commutari sententiam postulant, orationis artem scribendique consuetudinem ueterum uidentur negligere. atqui non* paene *sed* plane *Caldus eum superauit qui repulsam tulit. transmutanda igitur sic uerba duxi ut hunc Caldo paene parem fuisse intellegeretur.*

4 difficile est credere Quintium tam insolenter locutum esse ut cum proprietas sermonis adiectiua sic iuberet distribui non tam genere nobiles quam uitiis insignes, *ea commisceret et inuerteret.* insignes *sublato habes concinne et acute dictum.*

6 uno] *quibus comitiis magistratus creabantur, non leges ferebantur aut iudicia, eis suffragatores in una quisque tabella quos fieri uellent notabant.*

homines praetorios existimo, nisi qui tuo beneficio vincti sunt, nolle abste se honore superari. iam in populo quam multi in- 14
vidi sint, quam consuetudine horum annorum ab hominibus novis alienati, venire tibi in mentem certo scio. esse etiam nonnullos tibi iratos ex is causis quas egisti, necesse est. iam illud tute circumspicito, quod ad Cn. Pompeii gloriam augendam tanto studio te dedisti, num quos tibi putes ob eam causam esse amicos. quam ob rem cum et summum locum civitatis petas et 15
videas esse studia quae adversentur, adhibeas necesse est omnem rationem et curam et laborem et diligentiam. Petitio autem V 16
magistratus divisa est in duarum rationum diligentiam, quarum altera in amicorum studiis, altera in populari voluntate ponenda est. Amicorum studia beneficiis et officiis et vetustate et facilitate ac iucunditate naturae parta esse oportet. set hoc nomen

3 sunt | hominibus *Lambinus:* honoribus | 5 ex his | 6 Gn. | 7 edidisti | 10 Petitio autem *scripsi*: et peticionem | 14 iocunditate

1 uincti seu iuncti *l 36 38* iuncti *l plerique* | 3 sunt *L praeter 36 38 50* | quam multi consuetudine *L* | honoribus *L praeter 50* | 4 certe *l 3 36 38 47 117 127* | 7 esse non amicos *l 50* minus esse amicos *aut* esse inimicos *Petreius* | 8 cum summum *l 3 36* | 9 quae tibi aduersentur *L* 10 et curam *om. l 38* | Et petitio magistratuum *L* (diligentiam in petitione magistratuum quarum altera *ceteris omissis 117*) et petitio magistratum *V* | 12 altera] una *l 3 48 49 127*

2 quam *et* inuidi *in hac enuntiatione plurumum sonant, minus* multi. *ac male Itali deinde* quam multi *repetierunt. multis ante sese annis non peruenisse hominem nouum ad consulatum etiam Marcus adfirmat de lege agr. II § 3 et pMur. § 17, nouissimum eius rei exemplum Quintus § 11 protulerat ante triginta annos factum.*

7 dedidisti *libri a Lagomarsinio numerati 36 et 38. id quia multo efficacius est uerbo simplici, consilio Quinti hic, ubi incommodum refertur quod rebus Pompei studendo Marcus ceperit, minus conuenit quam in § 35.*

10 et diligentiam et petitionem magistratus *traditum est errore procliui, Italosque dum corrigunt* petitio *reliquisse mireris* et *particulam ad flexum orationis non idoneam. deleri eam Kayserus probabilius uoluit quam alii mutari in* ac. *ego* autem *posui non quo uerum id certumque habeam, sed quod commodum disputationis uberioris aditum facit. dubito autem an latius uitium serpserit, si quidem* diligentia *primum rationi et curae et labori addita insuper, tum statim post denuo relata tumorem uerborum ac strepitum facit inanem et permolestum. quanto satius erat scripsisse tantum* adhibeas necesse est omnem rationem et curam et laborem. Iam petitio magistratus diuisa est in duarum rationum diligentiam. *tribus illis uocabulis abunde declarantur quae in § 11 concise indicauerat* ratio ac diligentia petendi.

amicorum in petitione latius patet quam in cetera vita. quisquis est enim qui ostendat aliquid in te voluntatis, qui colat, qui domum ventitet, is amicorum *in* numero est habendus. set tamen qui sunt amici ex causa iustiore cognationis aut affinitatis aut sodalitatis aut alicuius necessitudinis, is carum et iucundum esse
17 maxime prodest. deinde ut quisque est intimus ac maxime domesticus, ut is etiam quam amplissimum esse te cupiat, valde elaborandum est; tum ut tribules, ut vicini, ut clientes, ut denique liberti, postremo etiam servi tui, nam fere omnis sermo ad
18 forensem famam a domesticis emanat auctoribus. denique sunt

1 peticione | 2 quis ostendat | 3 uenditet | in *omissum: ante* amicorum *Itali addidere, post illud Kayserus* | 4 cognitionis | 5 his | iocundum | 7 etiam quam amplissimum *scripsi:* amet quod amplissimum | 8 esse tum | 10 á | Deiñ

3 is in amicorum numero *L* | habendus est *V* | 4 honestiore *L sed* questorie *una cum glossa* honestiori *38* questiore *V* questione *T* | 5 et] hac *l 36 38 117* | 6 est *om. L praeter 36 50* | optimus *L praeter 50* | 7 is amet quisque fidelissimum esse te cupiat *L nisi quod 3* esse *omisit, 50* amet et quam amplissimum *substituit:* 'intimus ac maxime *sic habent duo libri manuscripti et ita emendatum est in codice Memmii et Adr. Turnebi et Leodeg. Querni. in eisdem libris emendatum etiam est* et quam amplissimum esse te cupiat' *Lambinus* | 8 est] puto *L praeter 48 49* | tum *om. l 3 36 38 47 117 127* | 9 serui tui] seruitus *L praeter 48 49 50 et qui* seruitutes *habent 3 127* | 10 deinde *l 38 47 117 122 124 126*

7 ut is amet et quam amplissimum esse te cupiat] *ita haec uolgantur consimilia epistulae Brutinae I 11, 2* proprie familiariterque te rogo ut Veterem ames uelisque esse quam amplissimum, *non dissimilia epistulae Antoni ad Ciceronem in Atticianis X 8 A 2* qui te etsi non amabit, tamen saluum amplissimumque esse cupiet. *uerum repugnat pronomen praue collocatum, quod Kayserus concinnitati sermonis consulens demptum e clausula enuntiati transtulit post* amet. *repugnare etiam sententiam existimo. nam in primo genere cognati adfines sodales denique omnes ducuntur qui etsi amici sunt caussa iustissima necessitudinis, usu tamen uenit propter ingeniorum dissensionem aut uitae rationem diuersam ut minus ament. secundo autem loco qui memorantur amici, ei iam non opus est Marco elaboratu ut se ament, intumi enim ac maxume domestici qui a necessariis ac famulis discernuntur, ecquam aliam ob caussam sunt ac uocantur quam quod amant? neque igitur sententia constat nisi hoc adiciatur minumum* ut is amet te summo opere. *sed otiosis uerbis quae compleatur lacunam ego statuere nolo. immo in archetypo libro fuisse opinor* ut is et quod amplissimum, *tum adscriptam qua* quod *emendaretur* am *syllabam, inde natam Berolinensis codicis deprauationem. Italici autem etiam foedius inquinati haec fere omnes praebent* ut is amet quisque fidelissimum esse te cupiat. *eidem in proxumis* elaborandum puto, *interpretati infinitiuum a Berolinensi retentum.*

instituendi cuiusque generis amici: ad speciem homines illustres honore ac nomine, qui etiam si suffragandi studia non navant, tamen afferunt petitori aliquid dignitatis; ad ius optinendum magistratus, ex quibus maxime consules, deinde tribuni pl.; ad conficiendas centurias homines excellenti gratia. qui abste tribum aut centuriam aut aliquod beneficium aut habent *aut* sperant, eos rursus magnopere et compara et confirma. nam per hos annos homines ambitiosi vehementer omni studio atque opera

4 consul | 6 aut ut habeant | aut *posterius omissum* | sperant *scripsi:* sperent | 8 opere laborant : opera elaborarunt *Turnebus*

1 instituendi sunt *L praeter 38 117* | cuiuscunque *l plerique* | speciem (spem *aut* spe *quattuor*) hominis (nominis *tres*) illustris *L praeter 50* spem illustres homines *V* | 3 iustitiam obtinendam *L praeter 50* | 4 cos. *l 36 48 49* cons. *l 3 47 127* consul *l 38* | conficiendum *L praeter 48 49 50* | 5 qui tribuunt *aut* tribuent centuriam *L praeter 38 in quo* tribuniciam *pro* tribum, *117 in quo* tribunatum *legitur, 50 qui cum nostra scriptura consentit* | 6 ut *pro* aut *ante* aliquod *posito L praeter 38 50 117* | abs te *ante* beneficium *add. l 36 126* ex te *l 3 47 48 49 122 124 127* | aut habent *l 3 47 48 49 127:* aut haberent *l 36 38 117* aut habeant *l reliqui cum Turnebi codice* | aut ut habeant sperent *L sed* si non *pro* ut *50*, aut habere sperent *codex Turnebi* | 7 prorsus magnopere *L* | et *prius om. L praeter 38, item V in quo est* corrobora | 8 opere laborarunt *L sed* opera *48 49 50* elaborarunt *50*

5 tribum *alicuius aut* centuriam ferre *comitiis centuriatis Romae dicebatur qui suffragiis eius tribus aut centuriae creabatur. pariterque per syllepsin Quintus ab aliquo* tribum aut centuriam aut aliquod beneficium habere *dixit. in quibus* aut *particula disiungendo deminuit, minumam rem* aliquod *accuratius exprimit quam a Schwarzio ut uidetur interpolatum* aliud. *deinde corruptela in codice Germanico alia aliam peperit,* aut ut habeant sperent. *Itali* aut habent *correxerunt, ego* aut sperant. *his respondent* et compara et confirma *hactenus, ut qui habent beneficium ueteres amici maxume confirmandi sint, qui sperant comparandi. coniunctiuus modus cum tolerari possit in tali enuntiatione* beneficium qui sperent eos compara, *in hac pleniore locum habet nullum. denique solent quidem* rursus *et* prorsus *in libris permutari, nec* prorsus magnopere *minus dicitur latine quam* prorsus uehementer etiam atque etiam rogo *aut* postea prorsus a nostra consuetudine longe refugit, *sed hic adeo necessarium* rursus *est ut Quinti expositionem unum uel maxume contineat. significatur enim uersa uice, pro tua parte. 'qui tua opera tribum Corneliam tulerunt, ei cura ut repensa gratia suam quisque tribum tibi praestent, quoniam apud tribules suos propter suam ipsi ambitionem plurumum possunt.' ualde improbabilia Tydemanus disseruit in libello olim edito p. 50 ss.*

8 scriptum erat olim operaclaborant. *mendi in omnibus codicibus frequentis tria exempla deprompta ex Argentoratensi epistularum Senecae subscribam, unum nondum emendatum. ep. 114, 15* uolunt siue salebresse iuncturam *id est* salebra esse. *93, 5* sideris fulgor per nubilemicuit *id est* per nubila emicuit. *92, 16 de sole* inter nubile luxit, *scribe* inter nubila eluxit. *ubique uncinata* e *ueterem diphthongi scripturam*

elaborant ut possint a tribulibus suis ea quae petierint impetrare. hos tu homines quibuscumque poteris rationibus, ut ex animo
19 atque ex illa summa voluntate tui studiosi sint elaborato. Quod si satis grati homines essent, haec tibi omnia parata esse debebant sic uti parata esse confido. nam hoc biennio quattuor sodalitates hominum ad ambitionem gratiosissimorum tibi obligasti, C. Fundani, Q. Galli, C. *Corneli*, *C.* Orcivi. horum in causis ad

1 á | petierint *scripsi:* peterent | 3 ex intuma uoluntate *Meynckius* | 4 debeant | 5 quatuor | 7 ·c· fundaniq; galii chorciuii (*uel* chorcuui): Corneli *nomen accessit ex L*

1 possent *L* | peterent *L* | 2 rationibus poteris *L* rationibus tibi adiungere poteris *50* | 3 atque ut ex *l 47 50 122 124 126* atque illa *l 117* | laborato *L* | 4 haec] illa *l 3 36 47 127* ea *V l 38 117* | omnia tibi *l 50* tibi *l reliqui praeter 48 49 omisere* | debeant *l 3* debent *l 117 127* | 5 confido] concerno *L praeter 50* | triennio *L* | 6 ciuium *L* | 7 *Fundani praenomen om. V l 36 38* C. *l 48 49* M. *l reliqui* | C. Cornelii *L nisi quod* Cn. *48 49 122 124 126 127* Corneli *3 38* | L. Coruini et horum *L excepto 50 qui* C. Orchinii *habet*

prodidit. tum petierint *cur efficere* e peterent *maluerim quam* petant, *non eget uerbis. Italis qui* elaborarunt *potius et* possent *scribendum censuere, etiam hoc aduersatur quod ista consuetudo non modo non abolita est postea sed proxumis post Ciceronis consulatum annis etiam magis uiguit. clarissime uero quanto opere tribulium suorum gratiam homines ambitiosi quaesiuerint hinc elucet, quod si qui suam petitor tribum perdiderat, ignominia adfectus prorsus singulari uidebatur. Cicero de haruspicum responsis § 56, pro Sestio § 114, in Vatinium § 36. itaque Fauonius Ciceronis tribum tulisse* honestius *scribitur ad Atticum II 1, 9 quam suam, quippe quae paucioribus eum suffragiis creasset.*

2 hos homines] *anacoluthon est quale apud comicos hoc* illum ut uiuat optant, *compar paragrapho 29, cogitationi ut saepe fit in sermone cotidiano quam pronuntiationi conuenientius, si quidem animo scribentis obuersatum est* hos adiungito. *at quid eum incitauit ut placidae commentationis aequabilitate turbata tamquam uehemens orator effuse clamaret* ex illa summa uoluntate? *dempto* illa *complanatur aspera elocutio, non explicatur corruptionis uia. probabiliter duo illa uocabula in superlatiuum unum mutantur, praesertim cum persaepe ex postremis superlatiui syllabis* summus *exortum sit, uelut ad Atticum I 16, 3* quis summos *e* nequissumos.

7 C. Fundanius *Ciceronis utriusque ita amicus ut Quintus Asiae propraetor repetenti ei pecuniam ab Apollonidense aliquo nimis cupere uideretur (Cic. ad Q. fratrem I 2 § 10). quae negotiatio cum ex equestri ordine eum fuisse probet, eundem esse suspicaberis qui ad Caesarianos confugisse narratur ex aduersariorum castris anno DCCIX (b. Hispan. 11). nec distare socer Varronis uidetur laudatus in primo rerum rusticarum. denique Varronis librum de admirandis quem* Gallum aut Fundanium *inscribi grammatici aiunt discedentes ab usitatis logistorici generis inscriptionibus et alius cum alio dissidentes nec sibi fere constantes, ab eodem homine traxisse nomen* Gaiumque *mutatum esse in* Gallum *arbitror. praenomen defenso a Cicerone Fundanio falso factum est* Marco *etiam in editione Turicensi*

te deferendis quid tibi eorum sodales receperint et confirmarint

1 quid *l 38 48 49 117:* quidem *V* quidnam *l reliqui* | tibi *om. L praeter 48 49, post* sodales *adiecit 50* | sodales eorum *omisso* tibi *V* | confirmauerint *L*

altera uol. IIII p. 931 ubi reliquiae eius orationis collectae sunt. testes in caussa Fundaniana citati sunt Graeci, tractatus locus de nobilitate, memorata competitoris puncta lexque annalis. e quaestura in Asia gesta hominem accusatum esse Drumannus coniecit hist. rom. V p. 374.

Q. Gallius *praetor iudicium id exercuit in quo Cicero C. Cornelium defendit Cotta et Torquato consulibus anno DCLXXXIX, ut testatur Asconius in argumento actionis Cornelianae extremo. idem dum orationem in toga candida habitam enarrat p. 88 Q. Gallium a Cicerone defensum esse tradit reum ambitus, quod aedilitate functus a. DCLXXXVI cum bestias non habuisset, post annum candidatus praeturae ludum gladiatorium dedit patri se eum honorem dare professus. quam ob rem a M. Calidio oratore eruditissimo in ius uocatus est aut designatus praetor anno DCLXXXVIII aut si morbo aliaue ratione excusatus iudicium tum effugerat, ex praetura a. DCLXXXX. posterius hoc tempus Asconius indicauit, uerum neque ipse fidenter asseuerauit et nobis aliquo modo eum errasse apertum est. nam Cicero quae consularis candidatus in Catilinam dixit* alter induxit eum quem potuit ut repente gladiatores populo non debitos polliceretur, *his uerbis Asconius cum uideri adnotauit significari Q. Gallium* quem postea reum ambitus defendit, *non potest uirum clarissimum non fefellisse memoria. nempe eos Cicero gladiatores commemorat quos Catilina a. DCLXXXIX uel DCLXXXX ut populo nescio quis polliceretur effecerit, Gallius uero suos gladiatores ante annum DCLXXXIX non promiserat solum sed etiam exhibuerat. Asconi igitur testimonium concedat necesse est Quinti auctoritati qua habitam esse persuadetur a. DCLXXXVIII orationem pro Gallio praetore designato a Cicerone praetore aeque ac consul postea consulem designatum Murenam defendit. reliquias illius orationis perquam exiguas collectas habes apud Orellium IIII p. 945.*

Q. Galli C. Corneli L. Coruini *collatio Lagomarsiniana. et C. Cornelium qui propter finitumi nominis similitudinem in libro Germanico uidetur intercidisse, Itali siue ex § 51 siue aliunde cognouerant recte utique addidere. nam Cornelius cum Cn. Pompei quaestor fuisset tribunusque plebei a. DCLXXXVII legibus latis popularibus et collegae intercessione peremptа in optimatium inuidiam incucurrisset, defunctus magistratu a. DCLXXXVIII reus factus est lege Cornelia de maiestate. sed tum quidem L. Cassio praetore gratificante et Manilio tribuno pl. cum operis interueniente accusatores fugati sunt nomenque Corneli de reis exemptum. proxumo uero anno denuo in ius ductus et a principibus ciuitatis contra eum dicentibus testimonia pressus est, defensus quatriduo a Cicerone summa arte ac scientia, quas actiones post in duas Cicero orationes contulit. earum reliquiae cum Asconi summario leguntur apud Orellium IIII p. 932. tertium an quartum locum Cornelius in hac enumeratione tenuerit dubites, at certe non repugnat tertio rerum quas narraui ordo.*

Coruinum *quartum Tydemanus commentari p. 37 et Drumannus probarunt nobilitate ac splendore occaecati Messallarum. euidenter enim* corciui *scripturam male intellectam librarii in* corni *quod codex Leidensis habet cum curuatura super* i *flexa et* c. orcinini *quod Turnebus legerat et* coruini *formas conuerterunt. notatum autem erat ea scriptura* C. Orciui *nomen uel quod e Palatino Gruterus enotauit* C. Orchiuii. Orciuios *dici quia per*

scio, nam interfui. quare hoc tibi faciendum *est* hoc tempore ut ab his quod debent exigas saepe commonendo, rogando, confirmando, curando ut intelligant nullum se umquam aliud tempus habituros referendae gratiae. profecto hi omnes et spe reliquorum tuorum officiorum et recentibus beneficiis ad studium navandum excitabuntur. et omnino quoniam eo genere amicitiarum petitio tua maxime munita est, quod ex causarum defensionibus adeptus es, fac ut plane is omnibus, quos devinctos tenes, discriptum ac dispositum suum cuique munus sit. et quem ad modum nemini illorum molestus ulla in re umquam fuisti, sic cura ut

1 est *omissum* | 4 hi omnes *scripsi:* homines | 5 etiam recentibus | 6 amiciciarum | 8 his hominibus | descriptum *quam scripturam plerumque obrepsisse alteri illi olim exposui in museo rhenano XIII p 602* | 10 memini ullorum | ulla *Lambinus:* nulla

1 faciendum tibi *V* | est ut idem ab iis *uel* his *L* est ut hoc tempore ab iis *l 48 49 50* | 2 qui debent *l 50* | 3 nullum tempus aliud se unquam habituros *L* nullum se aliud tempus unquam habituros *l 38 117:* nullum se unquam aliud tempus habituros *V ex quibus* aliud *omissum uidetur in l 126* | 4 restituendae gratiae, *L praeter 48 49 126* | 5 etiam recentibus *L praeter 3 36* | seruandum *L praeter 50 126* | 6 amicitiae *l 38 117* | 7 initiata *aut* iniciata *aut* nuntiata *L praeter 48 49 50* | ex *om. L* | 8 hominibus *l 48 49 122 124* in rebus *l 3 36 47 127 et qui simul* iis *aut* his *omittunt 38 117* | 10 memini (nemini *l 48 49*) quod nulla in re illis *(om. l 48 49)* unquam molestus fuisti (fui *l 38*) *L* nemini illorum ulla in re unquam molestus fuisti *l 50*

aurium iudicium liceat, pro Orchiuiis *Cicero in oratore § 160 refert itemque in titulis latinis scribi Orellius in onomastico p. 432. aspiratio ut uolgus Romanum* Chiteris *pro Cytheride aliaque perperam pronuntiabat praemissa in priorem syllabam aspiratione aut dilata in posteriorem, sic in hoc nomine ab eo qui Berolinensem codicem conscripsit non interiecta est sed in principio collocata. Gaius hic Orchiuius idem esse uidetur cum collega Ciceronis in praetura quaestionis de peculatu praeside nominato in Cluentiana § 94 et 147 ubi scribae perinde peccarunt. accusatum eum esse e praetura anno DCLXXXIX et a Cicerone defensum alibi non traditur.*

1 est *additum ab Italis ne post* tempore *collocandum esse putes, argutiorem Quintus fugit uerborum distributionem atque* hoc tempore *aequius erat cum ipsa debiti muneris exactione quam cum praescriptione faciendi copulari. uerum iam uereor ne scholiasta* hoc tempore *adscripserit, certe quidem in V aliisque libris plurumis non illud comparet sed aliud interpretamentum.*

4 homines *si pronominis loco demonstratiui ponitur, quod saepe fit in sermone uolgari uelut* nosti hominem *locuntur pro* nosti eum, *exili et depressa uoce effertur ita ut affirmatiuae isti particulae adiungi non queat. neque rursum de aliis Quintus agit hominibus quibuslibet sed de eis quos modo dixerat amicis petitionis caussa confirmandis. itaque non modo* omnes *scribendum erat uerum praeterea etiam* hi *addendum. permutatos* homines *et* omnes *uides p. 40, 8 p. 42, 10 p. 45, 1.*

intelligant omnia te, quae ab illis tibi deberi putaris, ad hoc tempus reservasse. Set quoniam tribus rebus maxime ad beni- VI 21
volentiam atque haec suffragandi studia ducuntur, beneficio, spe, adiunctione animi ac voluntate, animadvertendum est quem ad modum cuique horum generi sit inserviendum. Minimis beneficiis homines adducuntur ut satis causae putent esse ad studium suffragationis, nedum i quibus saluti fuisti, quos tu habes plurimos, non intelligant, si hoc tuo tempore tibi non satis fecerint, se probatos nemini umquam fore. quod cum ita sit, tamen rogandi sunt atque etiam in hanc opinionem adducendi, ut qui adhuc nobis obligati fuerint, is vicissim nos obligari posse videamur. Qui autem spe tenentur, quod genus hominum multo etiamst 22
diligentius atque officiosius, is fac ut propositum ac paratum auxilium tuum esse videatur, denique ut spectatorem te officiorum esse intelligant diligentem, ut videre te plane atque animadvertere, quantum a quoque perficiatur, appareat. Tertium illud 23
genus est [studiorum] voluntarium, quod agendis gratiis, accom-

---

4 adiunctioni | 7 hi | 10 et *(per compendium)* in | 11 his | 12 etiam si | 13 his | 16 abste quoque *sed* ste *punctis notatae* | perficiatur *scripsi:* proficiatur | Tercium | 17 studiorum *seclusi*

---

2 temporis *l 50* | rebus homines maxime *L* | 3 atque suffragandi *L* ad *intercalatur in l 50* hoc *in V* | adducuntur *l 50* | 4 uel uoluntate *L* uel uoluntatis *l 50* | 6 esse] se *L praeter 50* | ad studium suffragationis *omissa in meo collationis Lagomarsinianae exemplari* suffragationis dedisse *V* | 7 ut nedum *l 38* | 8 non] et *L* ut *l 50* | tibi *om. L praeter 36 38 117* | 11 nobis adhuc *L* adhuc *om. l 117* | uicissim hiis adhuc nos *l 38* nos adhuc obligari *l 3 36 48 49 127* obligari adhuc posse *l 47 50 122 124 126* adhuc uideamur posse *V l 117* adhuc *igitur aliquo loco iterum inferunt omnes* | 12 etiam *om. L* ei *pro* est *l 126* est multo *V* | 14 te suorum officiorum *L* | 16 ab (ad *l 3*) uno quoque *L praeter 50* | proficiscatur *L*

---

16 proficiscatur *Itali, quod uerbum neque per se satis idoneum uidetur ad officia denotanda aliorum neque satis huic sententiae accommodatum, qua non tam ratio inceptumque eiusmodi hominis sed opera ipsa latique auxili modus exputitur. eadem quam hic agnoui notarum permutatione* proficiatur *scriptum est in codice Germanico § 50.*

17 studiorum uoluntarium *non licet inter sese colligare, quoniam* uoluntares *fecisse Quintum praeter* uoluntarios *(§ 37) ad exemplum* uolgaris *et* uolgarius *formarum aut* uoluntarium *genetiuum pro* uoluntariorum *incredibile est. num* studiorum *igitur relatum esse ad* genus *appositumque* uoluntarium *uoluit? noluisse eum probat opinor inportune interiecta copula. porro si capitis huius partitionem consideramus, si propinqua haec* quem

modandis sermonibus ad eas rationes, propter quas quisque studiosus tui esse videbitur, significanda erga illos pari voluntate, adducenda amicitia in spem familiaritatis et consuetudinis confirmari oportebit. Atque in his omnibus generibus iudicato et perpendito quantum quisque possit, ut scias quem ad modum cuique
24 inservias et quid a quoque expectes ac postules. sunt enim quidam homines in suis vicinitatibus et municipiis gratiosi, sunt diligentes et copiosi, qui etiam si antea non studuerunt huic gratiae, tamen ex tempore elaborare eius causa, cui debent aut volunt, facile possunt. his hominum generibus sic inserviendum est, ut ipsi intelligant te videre quid a quoque expectes, sentire quid accipias, meminisse quid acceperis. sunt autem alii, qui aut nihil possunt aut etiam odio sunt tribulibus suis nec habent tantum animi ac facultatis, ut enitantur ex tempore. hos ut internoscas

2 significando | 3 amicicia | 6 á | 10 omnium | 11 á | 14 inter nos calumniatores spe: internoscas *et* ne *L* elaborato *ego*

2 esse tui *l 48 49 50* tui *om. l reliqui excepto 124* | 3 spem] spetie *l 36* | 5 scias et quemadmodum *L* | 6 et *pro* ac *L praeter 36 38 117* atque *V in quo frequens est* et *et* atque *particularum permutatio* | quidam *om. l 3* | 7 ciuitatibus *L praeter 50* | 9 cuius causa debent *l 50* | et *pro* aut *l 3 48 49 127* ac *l 38* | 12 alii *om. l 38 48 49 117 127* | 13 etiam *post* sunt *collocatum est in l 3 48 49 127* | 14 aut *pro* ac *L* | ut *posterius om. L praeter 48 49*

admodum cuique horum generi sit inseruiendum *§ 21 et* qui spe tenentur quod genus hominum multo est diligentius *§ 22 et* in his omnibus generibus iudicato quantum quisque possit *§ 23 et* his hominum generibus *§ 24, si denique proxumam hanc accessionem* quod agendis gratiis confirmari oportebit, *adducimur ut* genus *non studiorum sed hominum amicorum intellegamus. cui intelligentiae quod obest uocabulum suppositicium iudicaui. inferius quod legitur* adducendi *uerbum in simili enuntiatione Liuius adhibuit l 34, 12* eam notitiam in familiaris amicitiae iura adduxerat.

8 huic gratiae] *discernuntur utiles Marco homines ab inutilibus. utiles sunt aut* gratiosi *aut qui propter diligentiam et copias* studere *possunt* huic gratiae *cuius ad petitorem fructus redundet.* his *duobus* hominum generibus *opponuntur gratiosis odiosi aut nihil omnino ualentes, alteris ei qui non tantum habent animi ac facultatis ut hominem ambitiosum adiuuent.*

14 hos internoscas et uideto ne spe *libri Lagomarsiniani plurumi.* ut *seruarunt duo, idem omisere* et, *quos uolgo secuti sunt.* uideto *autem arbitrio librariorum natum non comprobatur Quinti more loquendi. primae coniugationis uerbum cum in monstroso Berolinensis libri uocabulo pelluceat,* elauorato *quondam id fuisse sumpsi non propugnaturus peruicacius si alii* curato *praeoptauerint.*

elaborato, ne spe in aliquo maiore posita praesidii parum comparetur. Et quamquam partis ac fundatis amicitiis fretum ac VII 25
munitum esse oportet, tamen in ipsa petitione amicitiae permultae ac perutiles comparantur. nam in ceteris molestiis habet hoc tamen petitio commodi: potes honeste, quod in cetera vita non queas, quoscumque velis, adiungere ad amicitiam, quibuscum si alio tempore agas, absurde facere videare, in petitione autem nisi id facias et cum multis et diligenter, nullus petitor esse videare. ego autem tibi hoc confirmo, esse neminem, nisi aliqua 26
necessitudine competitorum alicui tuorum sit adiunctus, a quo non facile si contenderis, impetrare possis, ut suo beneficio promereatur, se ut ames et sibi ut debeas; modo ut intelligat te magni aestimare ex animo agere, bene se ponere, fore ex eo

2 amicius *sed* ci *super* iu *scriptae* | 3 amiciciae | 4 comparentur | 5 tamen noticio | 6 ad inimiciciam | 7 aliquo | peticione | 8 facias *scripsi:* agas *quo seruato delendum erat* id | nullius | 13 magne existimare

1 uideto *l 48 49 50* et uidete *l 38* et uideto *l reliqui* | 2 et fundatis *L* | 3 oporteret *L praeter 36 38 50 117* | 5 petitio *om. l 3* | ut possis *L sed* ut *om. 3 36 38* | 7 agas ut te utantur absurde *L* | in petitione *usque ad* esse uideare *om. V* | 8 nullius *l 38* | 9 autem *om. l 38 117* | nisi si *l 47 50 122 124 126* | 10 sic adiunctum *l 3* | 12 ut *extremum om. L praeter 36 38 117* | intelligant *l 3 36 47 127*

7 agas] ut te utantur *additur in libris deterioribus perquam absurde, nam contraria haec res agitur ut Marcus illorum opera utatur. deinde autem in his* nisi id agas *pronomen quo spectare putabimus sublata ista interpolatione? Tydemanus igitur in schedis* id *quoque deleri iussit. at mihi hoc ipsum pronomen in caussa uidetur fuisse cur priori enuntiato desse uerba quaedam opinati summam actionis tam futtili argumento declararent. itaque pronomen quidem seruatui sed* agas *mutaui in* facias. *similiter in § 45* quod acturus sis *a Baitero correctum est* facturus *et in epistula Marci ad Quintum II 15, 3* quamquam a te actam fabellam uideo esse festiue *emendandum esse* factam *dixi.*

13 magni aestimare, ex animo agere *pro duobus incisis inter se paribus Hummelius et Hoffa habuerunt quorum hic ad* aestimare *adscripsit* 'amicitiam illorum'. *sed quanto melius rationes Marci et eius quocum agetur et utriusque communis asyndetos componuntur* te magni aestimare, bene se ponere, fore ex eo firmam amicitiam, *tanto foedius illud est duorum commatum ad Marci rationem pertinentium asyndeton. atque inter* aestimandi *et* ponendi *uerba obiecto carentia eodem quod ex uicinia arcessi oportet, male intericiuntur haec* ex animo agere *sensu uerbisque expleta et perfecta. his difficultatibus Orellius ita subuenit ut* agere *infinitiuum subiungeret praegresso* aestimare *ad hanc sententiam* Marcus magni aestimat ex animo agere. *in quibus* agere *sine accusatiuo pronominali recte*

non brevem et suffragatoriam sed firmam et perpetuam amicitiam.
27 nemo erit, mihi crede, in quo modo aliquid sit, qui hoc tempus sibi oblatum amicitiae tecum constituendae praetermittat, praesertim cum tibi hoc casus afferat, ut i tecum petant, quorum amicitia aut contemnenda aut fugienda sit, et qui hoc quod ego te hortor, non modo assequi set ne incipere quidem possint.
28 nam qui incipiat Antonius homines adiungere atque invitare ad amicitiam, quos per se suo nomine appellare non possit? mihi quidem nihil stultius videtur quam existimare esse eum studiosum tui, quem non noris. eximiam quandam gloriam et dignitatem ac rerum gestarum magnitudinem esse oportet in eo *quem* homines ignoti nullis suffragantibus honore afficiant; ut quidem homo nequam, iners, sine officio, sine ingenio, cum infamia, nullis amicis hominem plurimorum studio atque omnium bona existimatione munitum praecurrat, sine magna culpa negligentiae fieri non
VIII 29 potest. Quam ob rem omnes centurias multis et variis amicitiis cura ut confirmatas habeas. et primum id quod ante oculos est,

---

2 *fuerat* quid hoc | 3 amiciciae | 4 uti tecum | 5 amicicia | 7 qui *Gesnerus:* quid | 8 amiciciam | 11 quem *additum in L* | 12 homo nequam *Gulielmus:* hominē quā | 13 infama | 16 amiciciis

---

2 aliquid uirtutis sit *L* *'uox* uirtutis *deleta erat in libro Adr. Turnebi ex auctoritate ueterum cod. integra comparebat in Memmiano' Lambinus* | 4 cum id tibi casus *l 47 50 122 124 126* | ubi tecum *L praeter 50* | 6 non modo non assequi *L* | 9 stultius nihil *L praeter 48 49* | esse *om. L* | 10 non] minime *l 36* | 12 meritis *post* suffragantibus *add. L* | ut quidem *l 50:* namque (*uel* nanque) ut *L* | homo iners *omisso* nequam *L* homo *tantum V* | 13 cum maxima infamia *codex Danielis* summa infamia *Schuetzius* | 14 septus *post* amicis *add. L* | 17 oculos situm est *l 3 36 48 49 127*

---

ponitur, si quidem non unus homo certusque notatur sed plures aut incerti. uelut Cicero cum Clodio altercatus simile est quasi dicas in operto fuisse *non modo latine dixit sed etiam haud paulo salsius quam si ulla hominis accederet significatio. uerum ne illam quidem sententiam congruere mihi persuadebam cum Quinti uoluntate. neque enim sinceram in conciliandis amicitiis fidem ut magni Marcus aestimare uideatur, tanti interest, quanti ipsam cius quem rogat amicitiam, neque id quod* bene ponere *alter dicitur candidus animus esse potest sed ipsum beneficium. haec ergo* ex animo agere *licet ab uniuersa illa Quinti deliberatione non abhorreant, tamen quoniam qua ratione cadant in hunc locum non uideo, e margine recepta esse in continuam orationem suspicor. quae neminem offendet si sic procedat* modo ut intellegat te magni aestimare *beneficium illud ac promeritum,* bene se ponere, fore ex eo perpetuam amicitiam.

senatores equitesque Romanos, ceterorum *ordinum* omnium navos homines et gratiosos complectere. multi homines urbani industrii, multi libertini in foro gratiosi navique versantur. quos per te, quos per communes amicos poteris, summa cura ut cupidi tui sint elaborato, appetito, allegato, summo beneficio te affici ostendito. deinde habeto rationem urbis totius, collegiorum omnium, pagorum, vicinitatum. ex his principes ad amicitiam

1 ordinum omnium *scripsi:* hominum *quod Lambinus in* ordinum *mutauit* | 6 habet orationem | 7 *expectabam* uicorum | amiciciam

1 que *post* equites *om. l 126* | caeterorum hominum *L praeter 50 124* | nouos *l 3 47* uarios *l 38 48 49 117 127* uanos *V* | 2 urbani et industrii *l 47 122 124 126* | 3 libertini gratiosi in foro nanque *aut* nauique *l 47 50 122 124 126* | 4 sumere *pro* summa *L praeter 3 36 48 49* adiungere *post* poteris *interponit codex Danielis* | 5 tui cupidi *L* | summo studio et beneficio *l 3 36 127* | afficere *aut* efficere *l plerique* | 6 habe oratores *L praeter 50:* 'habeto rationem *est emendatum in codice Memmiano et Turnebaeo' Lambinus* | collegium *L praeter 47* | 7 pagorum et cinitatum *l 3 117 127*

1 secundum senatores equitesque amplectendi sunt Marco ceterorum ordinum *naui homines. in libris autem cum* ceterorum hominum *legamus, conlato p. 42 uersu 10 apparet olim scriptum fuisse* ceterorum omnium *inter quae* ordinum *interciderit. sic in consulari pro Rabirio oratione Cicero § 20 post senatum et equestrem ordinem* omnes omnium ordinum homines *et § 27 post senatores equitesque* de tribunis aerariis ceterorumque ordinum omnium hominibus *commemorauit.*

2 homines urbani *non sunt qui Hoffae esse uidebantur plebis urbanae homines in tribus urbanas coniecti, sed quales Plautus descripsit trinummi u. 199 ss.* urbani adsidui ciues quos scurras uocant *id est homines belli propriis negotiis uacantes alius causa ex tempore elaborare parati. tum* uersantur *quia stare non potest nisi his* in foro *fultum, etiam media inter* foro *et* uersantur *uerba ad utrumque hominum genus, ad urbanos et libertinos pariter referri necesse est. quod Quintus si noluit, construendae orationis artem ex libris Lagomarsinianis addiscere debebat qui hunc uerborum fecerunt ordinem* multi libertini gratiosi in foro nauique uersantur. *iam uero qui antea praedicati sunt* industrii, *eos denuo dici* nauos *quis feret? credo librarium siue explanaturum industriam siue libertinorum circumscripturum multitudinem arrepta e uersu 1* gratiosi nauique *obtrusisse Quinto, qui cum simpliciter scriberet* multi libertini in foro uersantur, *non tabernarios nec pedissequos cogitauerit sed Theophanis Mytilenaei similes homines rebus forensibus deditos.*

7 ut ciuitas ciuium, nobilitas nobilium, antiquitas antiquorum, ita uicinitas *uicinorum copia ac summa uocatur. hoc igitur nomine Quintus hominum inprimis municipalium regiones conuenticulaque comprehendit quae neque statos terminos nec nomen legitimum haberent: § 24* homines in suis uicinitatibus et municipiis gratiosi, *31 municipia colonias praefecturas qui incolunt* ut in suis uicinitatibus tibi petant, *32* propter municipi aut uicinitatis aut collegi rationem. *neque Marci discrepat usus loquendi. atque adeo*

tuam si adiunxeris, per eos reliquam multitudinem facile tenebis. postea totam Italiam fac ut in animo ac memoria tributim discriptam comprensamque habeas, ne quod municipium, coloniam, praefecturam, locum denique Italiae ne quem esse patiare in quo
31 non habeas firmamenti quod satis esse possit; perquiras et investiges homines ex omni regione, eos cognoscas, appetas, confirmes, cures ut in suis vicinitatibus tibi petant et tua causa quasi candidati sint. volent te amicum, si suam a te amicitiam expeti videbunt. id ut intelligant, oratione ea quae ad eam rationem pertinet habenda consequere. homines municipales ac rusticani si nobis nomine noti sunt, in amicitia esse se arbitrantur; si vero etiam praesidi se aliquid sibi constituere putant, non amittunt occasionem promerendi. hos ceteri et maxime tui competitores ne norunt quidem, tu et nosti et facile cognosces, sine

2 descriptam | 8 á te amiciciam | 10 municipiales | 11 amicicia | 12 praesides alii sibi

2 post *L* post eam *V* | in *ante* memoria *add. l 3 36 127* | tibi distributam *L* distributam *l 36 126* tibi tributim descriptam *l 50 cum Lambinus animaduertisset 'ex codice Memmii et Turnebi esse in libris manuscriptis* tributim districtam' | 4 patiare esse *l 38* | 5 etiam *ante* et *add. L* | 6 eosque cognoscas *L* | 7 uicinitatibus *l 36 48 49 50:* inciuitatibus *V* uidelicet ciuitatibus *l 38 117* ciuitatibus *l reliqui* | aliquos *post* tibi *add. L praeter 38 50*, aliquo *l 3* | 9 ea *om. L* | eam *om. L praeter 48 49 50* | 10 habenda *om. L praeter 50* abunde *IacGronouius* | 11 si *et* sunt *om. l plũrimi, in his 3 36 38 47, item V* | nobis nomine] nomine tantum *L* nomine tantum nobis *l 50* | se esse *L* | 12 sin *l 50*

hoc loco quo urbis Romae proponitur distributio, facile acquiescerem si tantum modo uicinitates iuxta cum collegiis nominarentur. pagorum *uero addita mentio indicasse Quintum probat propria quae tum erant plebis urbanae quasi concilia, primum collegia, tum pagos et* uicos *quibus loci urbis omnes continebantur a regibus ad Caesares. eadem usus plebis discriptione Cicero pro domo §74 primum collegia, tum paganos et montanos laudauit.*

4 locus *tribus oppidorum nominibus adiectus complectitur quae in legibus singillatim numerantur forum uicum conciliabulum castellum territorium.*

9 oratione quae ad rationem pertinet consequere *Lagomarsiniani plerique grauissimo quoque uocabulo surrepto. nam interpretes huius libelli qui blandam petitoris cum ciuibus sermocinationem intellegunt, non planius quam antiquitatium romanarum scriptores uerba Quinti cognosse uidentur. quibus manifesto efficitur solitos esse illa aetate in petitione candidatos produci in contionem, ut adsistentis populi beniuolentiam suffragiaque expeterent.*

14 non scripsit tu aut nosti aut facile cognosces *hac mente ut colligeret, non separaret homines partim notos partim ignotos. contra memini Senecam dicere* eadem aut turpia sunt aut honesta *cum distrahi*

quo amicitia esse non potest. neque id tamen satis est, tametsi 32
magnum est, set sequitur spes utilitatis atque amicitiae, ne nomenclator solum set amicus etiam bonus esse videare. ita cum et hos ipsos, propter suam ambitionem qui apud tribules suos plurimum gratia possunt, studiosos in centuriis habebis, et ceteros qui apud aliquam partem tribulum propter municipii aut vicinitatis aut collegii rationem valent, cupidos tui constitueris, in optima spe esse debebis. iam equitum centuriae multo facilius 33
mihi diligentia posse teneri videntur. primum cognosce equites,

1 amicicia | 2 amiciciae ne cōmendator | 5 possint: *emendatum est post Lambinum* | 6 uicinitatis *Turnebus:* ciuitatis | 9 cognosce *Orellius:* cognosci

1 quo] quis *aut* queis *L praeter 50* quibus *V* | 2 sed ut consequatur *L* si non consequatur *l 50* | nomenculator *V l 36 38 marg.* al'. nomicula' *l 117* | 5 possint *L* | tui *ante* studiosos *add. l 50* | 6 tribulum *etiam l 3 36 38 127* | 9 cognoscendi sunt equites *L*

ab honestate turpitudinem quam eisdem utramque immisceri mallet.

4 ante propter *distinctionis notam Tydemanus posuit commentari p. 49 praeunte Lambino qui in hunc locum ex inferiore pronomen relatiuum traduxerat. uerum audacior ista traiectio uerborum non satis magnum pro retardata enuntiatione pondus habentium licet rhetorum pueros condeceat, tamen in hoc Quinti libello non inueni quo excusaretur exemplo. quippe inepte Hoffa § 33* adulescentulorum ad amicitiam aetas adiungitur *aduocauit, inepte § 30* locum Italiae nequem esse patiare *et siqua alia sunt eiusmodi aduocaueris. iam sententiarum si pensitamus congruentiam, cum cetera inter se respondere patet tum* gratia *et* propter municipi aut uicinitatis aut collegi rationem: *alteri apud omnes tribules ualent quod excellunt gratia, alteri apud tribules aliquot quod municipes eorum aut uicini aut sodales sunt. hoc autem quamobrem alteri gratiam sibi acquisiuerint, in hac comprehensione prorsus non necessarium fuit referri. quin etiam* propter suam ambitionem *ne satis recte quidem adici uidetur, nam ambitio etsi in caussis excellentis gratiae prima habetur § 18, tamen non una ac sola caussa fuit. adducor igitur ut uocabula male collocata quae concinnitati orationis minus inseruiant quam officiant, huc inlata esse suspicer ab homine recordato disputationem superiorem § 18.*

9 in centuriatis comitiis qualia tum erant apparet aut omnino non fuisse aut certe non ualuisse nisi discriptas in XXXV tribus et equitum centurias, alias enim Quintus dignas non habuit quas commemoraret. idem equites illos et paucos fuisse testatur et adulescentulos et equestris ordinis addictos auctoritati. de numero nihil praeterea constat: Cato censorius suaserat ut plura fierent aera equestria quae illius aetate MDCCC fuerunt (Mommseni hist. rom. I p. 765); circiter tertium bellum punicum quo tempore in equitatu senatus quoque erant suffragia, seniores aeque ac iuniores in centuriis fuisse oportet, id quod Gracchorum aetate ut sublatum plebiscito credamus Cicero facit de re p. IV § 2; itaque cum Quintus haec scripsit, non habebant ecum publicum nisi adulescentuli, Augusto tamen imperante rur-

pauci enim sunt. deinde appete, multo enim facilius illa adolescentulorum ad amicitiam aetas adiungitur. deinde habes tecum ex iuventute optimum quemque et studiosissimum humanitatis. tum autem emi quod equester ordo tuus est; secuntur autem illi auctoritatem ordinis, si abste adhibetur ea diligentia, ut non ordinis solum voluntate set etiam singulorum amicitiis eas centurias confirmatas habeas. iam studia adolescentulorum in suffragando, in obeundo, in nuntiando, in assectando mirifice et magna
VIIII 34 et honesta sunt. Et quoniam assectationis mentio facta est, id quoque curandum est, ut cotidiana cuiusque generis et ordinis et aetatis utare. nam ex ea ipsa copia coniectura fieri poterit,

1 appete *Orellius:* appeti | 2 amiciciam | deinde *delendum et e proximo uersu* tum *huc transferendum esse censeo* | 4 tum aut (*lineola super* t *ducta*) emi quod: *scribendum esse* denique *censeo* | 6 amiciciis | 8 obediendo in nunciando | 9 sunt] s *in rasura* | 10 cottidiana

1 pauci enim sunt *om. L praeter 48 49* | deinde adipiscendi *L* | multo — adiungitur *translata inter* humanitatis *et* tum *in uersu 4 collocauit l 50* | 2 aetas ad amicitiam *l 3 36 50* | habebis *L* | 4 tum equester ordo sequetur illius auctoritatem *L praeter 50 in quo* tum autem quod equester ordo tuus est sequentur illi huius auctoritatem *'ab Adr. Turnebo ope ueteris codicis emendatum'*, tum autem equester ordo sequitur auctoritatem maioris ordinis *codex Danielis*, tamen *pro* tum *V l 117* | 5 adhibebitur *L praeter 122 124 126* | 6 illius *pro* solum *L praeter 3 36 38 50* | 9 At *L*

sum etiam maiores annorum XXXV eum habuisse ex Suetonio Aug. 38 perspicitur (cf. Langi antiq. rom. II p. 442). ceterum male in uno uersiculo Quintus haec refersit multo facilius diligentia teneri: *non uituperarem si* comparari *scripsisset, at cum eas centurias iam* teneri *a Marco significaret, omitti melius fuit* multo facilius *quae uerba uereor ne huic enuntiato ex subsequente accesserint.*

2 deinde] *his ut emendatione subuenirem probabili mihi non contigit. bene oratio procederet hoc modo* deinde allega, habes enim tecum ex iuuentute optimum quemque. tum confirma *uel* insta quod equester ordo tuus est. *uerum si libris fidem habemus, deuertit oratio ab imperandi modo, qua in re etsi nequaquam opus fuit quae modo posui exempla praeceptorum tali sermone ostendi, tamen congruentem cum prioris principio enuntiati formam id est* deinde *miror, pro quo mallem dedisset* tum. *porro Italici libri deletis illis* autem emi quod *difficultatem expedierunt commodissime. et* autemi *quidem in Berolinensi potest eo factum esse quod oculi scribae praecucurrerant ad* autem illi. *sed* quod *unde obuenerit ita non apparet. coniecturae huius generis* tum adiuuat quod *propterea mihi displicuere, quod postulare uidebantur appositum* se untur enim, *non* autem. *extremum hoc erat ut in illo mendo* denique *uocis uiderem uestigium.*

11 ex ea ipsa copia coniectura fieri poterit quantum sis in ipso campo uirium habiturus *fere idem declarant quod* ex ea ipsa copia de ipso euentu iudicabis, *unde in priore membro quam inconditum sit* ipsa

quantum sis in ipso campo virium ac facultatis habiturus. huius autem rei tres partes sunt: una salutatorum [cum domum veniunt], altera deductorum, tertia assectatorum. In salutatoribus, 35 qui magis vulgares sunt et hac consuetudine quae nunc est pluris veniunt, hoc efficiendum est, ut hoc ipsum minimum officium eorum tibi gratissimum esse videatur. qui domum tuam veniant, significato te animadvertere, eorum amicis qui illis renuntient, ostendito, saepe ipsis dicito. sic homines saepe cum obeunt plures competitores et vident unum esse aliquem qui haec officia maxime animadvertat, ei se dedunt, deserunt ceteros, minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores evadunt. iam illud teneto diligenter, si eum qui tibi promiserit, audieris fucum ut dicitur facere aut senseris, ut te [vel] audisse aut scire dissimules, siqui tibi se purgare volet quod suspectum esse *se* arbitretur, affirmes te de illius voluntate numquam dubitasse nec debere dubitare. is enim qui se non putat satis facere, amicus nullo modo potest esse. scire autem oportet quo quisque animo sit, ut quantum cuique confidas, constituere possis. Iam deductorum officium quo 36 maius est quam salutatorum, hoc gratius tibi esse significato at-

1 si sint ipso | 2 salutatorium | cum domum ueniunt *damnauit Orellius* | 3 tercia | 6 ueniant *Robertus Stephanus:* uenient | 7 renuncient | 8 digito | obediunt | 10 deserunt] serunt *in rasura* | 13 aut ut senseris | uel *per compendium:* id *L* | dissimiles | 14 se *omissum: ante* esse *Facciolatus posuit, post illud Klotzius* | 15 illis

2 dum *l 3 127* | 4 et ad hanc consuetudinem *L praeter 50* | pluris *etiam l 3 36 38* | 6 qui] cum *l 50* | ueniant *l 117:* ueniunt *l 3 36 38 127* uenient *l reliqui* | iis *aut* his *ante* significato *add. L* | 7 et eorum *L* | 12 audieris *om. L* | 13 facere uelle senseris *L* facere uelle audieris aut senseris *l 50 126* | te id audisse *L* iam *pro* id *l 38* | et scire *l 3 127* | si quis *L* | 16 amicus esse nullo modo potest *L* | 17 ut et quantum *L nisi quod* etiam *38 47 50 122 126* | 18 quod *l 3 36 38 47 117 122 124* | 19 grauius *l 48 49*

senties. neque id tamen in leui huius commentarioli scriptura non posse excusari arbitror.

2 salutatio aut domestica erat aut publica uelut quam Curioni impertiri Cicero ad Atticum II 18, 1 scribit consalutatio forensis perhonorifica: *salutatores autem Romae tum non dicebantur nisi qui mane salutatum domos adibant. et tanto nequius istud additamentum est quod pronominis relatiui loco* cum *positum est.*

13 aut *ex parte iteratum peperit* ut *particulam, cuius corrigendae caussa* uel *adscriptum fuisse in margine opinor. tum* esse se arbitretur *uerba sic ordinata sunt ut § 31* in amicitia esse se arbitrantur.

que ostendito, et quod eius fieri poterit, certis temporibus descendito. magnam affert opinionem, magnam dignitatem cotidiana
37 in deducendo frequentia. Tertia est ex hoc genere assidua assectatorum copia. in ea quos voluntarios habebis, curato ut intelligant te sibi in perpetuum summo beneficio obligari; qui autem tibi debent, ab is plane hoc munus exigito, qui per aetatem ac negotium poterunt, ipsi tecum ut assidui sint, qui ipsi sectari non poterunt, suos necessarios in hoc munere constituant. valde ego te volo et ad rem pertinere arbitror semper cum multitu-
38 dine esse. praeterea magnam affert laudem et summam dignitatem, si i tecum erunt, qui a te defensi et qui per te servati ac iudiciis liberati sunt. haec tu plane ab his postulato ut quoniam nulla impensa per te alii rem alii honorem alii salutem ac fortunas omnes optinuerunt nec aliud ullum tempus futurumst ut

2 cottidiana | 3 Tercia | asspectatorum | 6 his | exigito *Orellius olim et Tydemanus:* exigitur (ur *per notam*) | 7 negocium | 8 *fortasse* ut suos | 11 hi | á te | 14 futurumst *scripsi:* futurum sit | ut] u *cum superscripta* t, *non* ubi *uocis compendium*

1 quoad *L sed primo* quod *aut* qui *l 38* | 2 offert *l 38 117* | quotidianam *et* frequentiam *l 36* | 4 habes *l 117 127* | cura *L* | 6 exige *L* | 7 assidue *l 117* | qui si *l 3 36 38 47 117 122 127* qui si ipsi *l reliqui* | assectari *l 50* | 8 necessarios suos *L* | 12 ab iis *L* | 13 alii rem honestam alii salutem *L praeter 124 qui* alii rem alii honestatem alii salutem *et 50 qui* alii honestatem alii salutem *habet* | 14 obtinuerant *l 126* obtinuerint *CFGMueller* | futurum sit ubi tibi *L*

1 et certis temporibus descendito *licet satis praefracte et adstrictius quam cetera dicta sint, descensus tamen a Carinis in quibus Marcus ante consulatum suum habitabat in forum ex ipso deducendi officio intellegitur.* quod eius fieri poterit *Itali in* quoad *mutare solebant nihil aliud quam suam latinitatem discordare cum uetere illa testati quae* eius nihil rogato *similiaque tenuit.*

8 ut *pone* poterunt *ut interiisse statuerem, praeter aequabilem sententiarum compositionem hoc me mouit quod et in superiore commate* ut *moratoris quam ducis similius incedit neque in hoc commate primus locus* necessarios *uocabulo concessus est sed exili ad modum* suos. *Cicero uterque* sectari *et* adsectari, *Quintus* adsectatores, *Marcus pro Murena ex senati consulto et lege ut puto anni DCXC* sectatores *dixit.*

12 haec tu postulato ut *paribus officiis remunerentur: sic cum uellet loqui, aliis interiectis oblitus* haec *pronominis inceptam sententiam retexuit absoluitque transuersa hac structura* ut te remunerentur. alii rem optinuerunt *defensi in priuatis caussis iudiciisue repetundarum,* alii honorem *uelut Gallius,* alii salutem ac fortunas omnes *uelut Roscius Amerinus.* quoniam *particulam Quintus coniunctiuo modo nusquam aptauit neque cur uteretur coniunctiuo habuit, quoniam altera res facta erat, altera pro rebus Marci ac temporibus nihilo magis uidebatur dubia.* futurumst *igitur scripsi, non* optinuerint.

tibi referre gratiam possint, hoc te officio remunerentur. Et X 39
quoniam in amicorum studiis haec omnis ratio versatur, qui locus in hoc genere cavendus est, praetermittendus non videtur. fraudis atque insidiarum et perfidiae plena sunt omnia. non est huius temporis perpetua illa de hoc genere disputatio, quibus rebus benivolus et simulator diiudicari possit; tantum est huius temporis admonere. summa tua virtus eosdem homines et simulare tibi se esse amicos et invidere coegit. quam ob rem *Ἐπιχάρμειον* illud teneto, nervos atque artus esse sapientiae non temere credere, et cum tuorum amicorum studia constitueris, tum etiam 40 obtrectatorum atque adversariorum rationes et genera cognoscito. haec tria sunt, *unum* quos laesisti, alterum qui sine causa non amant, tertium qui competitorum valde amici sunt. quos lae-

---

2 oratio *L* | 3 praetermittendus *scripsi:* praetermittendum | 8 *Ἐπιχάρμειον Baiterus: Ἐπιχαρμεῖον uolgo quocum nec Wunderus neque Kiesslingius codicem discrepare notauit* | 9 artus sese | 12 unum *additum ab Italis* | 13 tercium

---

1 remunerent *L* | 3 cauendus sit praetermittendum *L* | 6 beniuolus *per* i *l 3 36 117* | huius temporis *suspecta Grutero* | 8 se *om. L praeter 38 50* | cogit *l 127* coget *l 47 48 49 122 124 126* | *επιχαρμειον aut επιχαρμετον sine spiritu et accentu l plerique, om. l 38* | 12 unum ex iis quos *L:* unum ex iis *om. Mauricianus*, ex iis *om. Palatinus*

---

2 *scripserat § 16* rationum altera in amicorum studiis ponenda est, *postea § 41 scribit* de altera parte petitionis quae in populari ratione uersatur. *ad quae exempla hic scriberes* quoniam in amicorum studiis altera haec petitionis ratio uersatur. *ille autem cum* petitionis *omiserit, addiderit* omnis, *non dubium est quin* oratio *scripserit. uide § 50* omni superiore oratione, *uide etiam in flexibus disputationis quasi praesaeptos aditus huiusmodi* et quoniam assectationis mentio facta est *§ 34 uel* quoniam de amicitiis constituendis satis dictum est *§ 41. deinde idem libri quibus* oratio *debetur* cauendus sit praetermittendum *exhibent. et* hoc mihi non praetermittendum uidetur *legimus positum in § 10. uerum accipere me illud uetuit copulatum cum relatiuo pronomine* locus *uocabulum, quo quia explicationis caput significatur, Quintus ibi usurus non erat nisi si* praetermittendus *uerbum non minus quam* cauendus *in societate eius fuit. inferioris sententiae adsimilem de propria epistulae admonitione Marcus Quinto inculcat ep. I 1 § 37.*

9 *ipsum uersum paucis post annis Marcus rettulit ad Atticum I 19, 8 qui locus nondum plane emendatus est:* atque ita *id est* temperata tota ratio est, tametsi his nouis amicitiis implicati sumus, ut crebro mihi uafer ille Siculus insusurret cantilenam illam suam *νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν. recteque idem ad eundem II 20, 1 commeminisse Epicharmi creditur.*

14 competitorum ualde amici sunt *propter genetiuum me offendunt. nam si in pressa uinctaque enun-*

sisti cum contra eos pro amico diceres, *is te* plane purgato, necessitudines commemorato, in spem adducito te in eorum rebus, si se in amicitiam *tuam* contulerint, pari studio atque officio futurum. qui sine causa non amant, eos aut beneficio aut spe aut significando tuo erga illos studio dato operam ut de illa animi pravitate deducas. quorum voluntas erit abste propter competitorum amicitias alienior, is quoque eadem inservito ratione qua superioribus, et si probare poteris, te in eos ipsos competitores tuos benivolo esse animo ostendito.

XI 41 Quoniam de amicitiis constituendis satis dictum est, dicendum est de illa altera parte petitionis quae in populari ratione versatur. ea desiderat nomenclationem, blanditiam, assiduitatem, 42 benignitatem, rumorem, spem in republica. Primum quod facis, ut homines noris, significa, ut appareat, et auge, ut cotidie melius fiat. nihil mihi tam populare neque tam gratum videtur. Deinde id quod natura non habes, induc in animum ita simulandum esse, ut natura facere videare. quamquam plurimum natura valet, tamen videtur in paucorum mensum negotio posse simu-

---

1 diceres iis te *Itali:* dicere | purgatio | 3 amiciciam | tuam *C. F. G. Mueller addidit* | 7 amicicias | His | inseruito ratione *Turnebus:* inserui oratione | 10 amiciciis | 11 peticionis | 12 nomen elationem blandiciam | 13 rumorum | inre.p. | 14 cottidie | melius *L:* eius | 17 quamquam *et quae secuntur ad* uincere *e § 1 Puteanus huc reuocauit* | 18 negocio

---

1 his te purgato plane necessitudines *L,* iis *l 48 49 117* | 3 spondeto *post* futurum *add. L* | 5 tua erga illos studia futura delinies (delinito *l 50*) dans operam *L* | 7 alienior hos hiis quoque *l 38* | eadem *om. L praeter 38 48 49 124* | inserui *L praeter 50* | oratione *L* oratione eadem *l 50* | 8 superiores *margo l 38* | eos *om. L* | 9 beniuolo *per* i *l 3 36 117* | 11 dicendum de *l 50 126* | 12 nomen elationem *aut* nomen eletationem *l 3 36 38 47 117 127* | 13 rumorum *l 38 corr. et V* | speciem *l 50* | primum id quod *L* | 14 cotidie *per* c *unus l 3* | 18 mensium *L*

---

tiatione toleratur suos magnopere necessarios *§ 56, in libera tamen ac soluta stomachum mouet haec duritia. fuitne* competitorum alicui *quemadmodum in § 26 legitur? certe quidem adrosum fuisse accisumue in hac parte librum archetypum mutilati in Berolinensi uersus p. 51, 12 et 52, 1 et 3 redintegrati ab Italis et Muellero ostendunt.*

14 melius *si uere Itali inuenerunt, abscissa prima littera abiisse in* eiius *sumemus sic ut uersu 7 inter* inserui oratione *una litterula intercepta est. quamquam dubitare licet an attenuata uitiataue archetypi scriptura ad* plus *spectauerit,* ut cotidie plus fiat *id est ut in dies homines plures cognoscas.*

latio naturam vincere. nam comitas tibi non deest ea quae bono ac suavi homine digna est, set opus est magnopere blanditia, quae etiam si vitiosa est et turpis in cetera vita, tamen in petitione necessariast. ea enim cum deteriorem aliquem assentando facit, tum improba est, cum amiciorem, non tam vituperanda; petitori vero necessaria est, cuius frons et vultus et sermo ad eorum quoscumque convenerit, sensum et voluntatem commutandus et accommodandus est. Iam assiduitatis nullum est praeceptum, verbum ipsum docet quae res sit. prodest quidem vehementer nusquam discedere, set tamen hic fructus est assiduitatis, non solum esse Romae atque in foro set assidue petere, saepe eosdem appellare, non committere ut quisquam possit dicere quod eius consequi possis, si abste non sit rogatum et valde 43

---

1 naturarum | 2 blandicia | 3 uiciosa | et inturpi cetera | peticione | 4 necessariast. ea enim *scripsi:* necessaria. Te enim | assectatio sectando | 5 amiciciorem | 12 *fortasse* dicere te quod uelis consequi non posse

---

totum hoc enuntiatum, ut consentaneum est, paragrapho 1 adiciens | 1 nam *l 47 124:* non *l reliqui* | committas tibi necesse est ea *l 3 36 38 48-49 117 122 127* comitas tibi necesse est ea *l 47 124 126* comitas tibi nec ea *l 50* | 2 est] sit *l 47 124* sunt *l ceteri* | 4 est *post* petitione *add. l 50* | necessaria tibi enim cum *L* necessaria etenim cum *l 50* | 5 tum *om. L* | uituperanda est *l 38* | 6 cuius et frons *L* | 7 sensus *l 38 117* | 8 et accommodandus *Palatinus et Mauricianus: om. L* | 9 uerbumque *L praeter 36 38 117* | 10 nunquam *l 36* | discedere *T Palatinus Mauricianus:* deesse *L* dicere *l 38 corr.* | 12 possit re dicere *l 47* | 13 quid *l 117 127* si quod *l 50* quoad *Palatinus* | sit *post* eius *add. L,* sic *l 3 38.* quod ius sit *Petreius* quod eius esset te *Kayserus* | possit *l 36 corr.* posse *Gesnerus* potuisse *Hoffa* | se abs te non esse rogatum *l 50,* non *om. Palermus,* non rogatum tantum esset sed ualde *Kayserus*

---

3 in petitione necessaria. tibi enim *codices deteriores qui etiam* tum *in optumo libro collocatum post* facit *praeterierunt. insequebantur qui* est *ante* necessaria *adicerent et* tibi *in* tunc *mutarent. denique Lambinus pro* tibi enim *edidit* etenim *quod scriptor parum largus in hoc genere sermonis non adhibuit. fuere aliquando haec scripta continenter* necessariasteaenim.

13 nec plena ista esse nec sine mendis apparet. de quibus meum iudicium satis discrepat cum plurumis editoribus qui eius *quidem pronomini pepercerunt sed alia uerba et maxume cum condicione adiuncta acrius impugnarunt. ex* eius *ego eruendum censui tale uerbum* uis, petis, agis *(cf. §56). tum cogitationi Quinti aut haec conueniebat adfirmatio* te quod uelis consequi posse si abs te sit rogatum *aut praestans auctoritate haec in negando perseueratio* te quod uelis consequi non posse si abs te non sit rogatum et *quidem* ualde ac diligenter rogatum.

44 ac diligenter rogatum. Benignitas autem late patet: [et] est in re familiari, quae quamquam ad multitudinem pervenire non potest, tamen ab amicis laudatur, multitudini grata est. est in conviviis quae fac ut et abste et ab amicis tuis concelebrentur et passim et tributim. est etiam in opera quam pervulga et communica, curaque ut aditus ad te diurni nocturnique pateant, neque solum foribus aedium tuarum set etiam vultu ac fronte, quae est animi ianua, quae *si* significat voluntatem abditam esse ac retrusam, parvi refert patere ostium. homines enim non modo promitti sibi, praesertim quod a candidato petant, set etiam large atque
45 honorifice promitti volunt. qua re hoc quidem facile praeceptum est, ut quod facturus sis, id significes te studiose ac libenter esse facturum; illud difficilius et magis ad tempus quam ad naturam

---

1 et *deleuit Baiterus* | 3 *fortasse* tamen si ab | gra *ea superducta linea qua* gratia *significatur* | 4 fac ut et *Orellius olim:* facete | 6 diuturna nocturnaq. | 8 si *omissum* | additam | 10 quod equandũ dato | longe | 12 facturus *Baiterus:* acturus

---

1 et est *L* (esse *pro* et *l 38*): ea est *Palermus* | 3 laudatur et multitudini *l 47 50 122 124 126* | 4 facito et abs te et ab amicis *l 50 ex duobus ueteribus Lambini* facete abs te et amicis *l 47 122 124 126 Danielinus* facere abs te oportet et amicis *l 38* facere te oportet et amicis *l 3 36 48 49 117 127:* fac et abs te *codex Turnebi* | 6 cura *L praeter 50 126* | diuturni *l 38* | atque nocturni *LT. fortasse Quintus* diu noctuque *scripserat* | 7 foribus solum *L praeter 38 117* | uultu et fronte *L* | 8 quae si significant *L nisi quod* significat *48 49 habent* | 10 quod *l 3 36:* quae *l ceteri* | de candidato *Klotzius coll. Verrinae II § 59* | ac honorifice *L praeter 38 50* | 11 praeceptum est facile ut quid iacturus *V*

---

2 quae *et cetera quod* rei familiari *subiunxit, properanter fecit, si quidem hac appositione non tam ipsa illustratur res familiaris quam usus eius et largitio quae ex ea fit. iam appositionis formam hanc desideramus* quae quamquam ad multitudinem peruenire non potest, tamen multitudini grata est, *ut praeterea si quid infertur, id illius sententiae pareat imperio. accedit quod tota ea disputatio cum ad popularem partem petitionis pertineat, non sinit exaequari cum multitudine amicos. itaque scribendum proposui* tamen si ab amicis laudatur, multitudini grata est.

4 fac ut *magis quam* fac concelebrentur *esse probandum Tydemanus quoque in schedis dixit. certe quidem semper Quintus* fac ut discriptum sit, fac ut esse uideatur, fac ut habeas, fac ut noris, fac ut sciant. *item Marcus plerumque* fac ut sciam *uelut in fine epistularum ad Atticum II 6 et II 10 aut* facito ut sciam *uelut ibidem II 4, 4. sed in epistula ad Tironem XVI 18, 3 primo legitur* fac opus adpareat *deinde* fac ut sciam, *ad suos XIV 6* fac extrudas, *ad Atticum IV 46 bis* fac uenias. *Cicerone consule referente senatus prandia si uolgo essent data a candidatis contra legem esse decreuit (pro Murena § 67).*

accommodatum tuam, quod facere non possis, ut id iucunde neges * * quorum alterum est [tamen] boni viri, alterum boni petitoris. nam cum id petitur quod honeste aut [non] sine detrimento [est] nostro promittere non possumus, quomodo siqui roget ut contra amicum aliquem causam recipiamus, belle negandum est, ut ostendas necessitudinem, demonstres quam moleste feras, aliis te rebus exarturum esse persuadeas. audivi hoc di- XII 46
cere quendam de quibusdam oratoribus, ad quos causam suam detulisset, gratiorem sibi orationem *eius* fuisse qui negasset, quam illius qui recepisset. sic homines fronte et oratione magis quam ipso beneficio reque capiuntur. verum hoc probabile est, illud alterum subdurum tibi homini Platonico suadere, set tamen

1 accomodatum tu tuam | iocunde | 2 *hiare sententiam Lambinus uidit. dest alterum illud quod § 46 exponitur* aut adeo simulate promittas | tamen *omisit L* | 3 non *et* 4 est *in L omissa* | 7 exsarturum *Lambinus:* exacturum | 9 eius *addidit Manutius*

1 aut iucunde promittas aut ingenue neges *l 50,* aut iucunde neges aut caute promittas *Orellius, peruerse illa* iucunde neges *secundas agere uoluit Klotzius:* ut id aut iucunde neges *codex Turnebi,* ut id iucunde ingenue neges *Mauricianus* | 4 quomodo] uerbi gratia *inserunt l 47 48 117 126 127* | si quis *L* | 5 aliquam *L praeter 36* | 7 te id rebus *L* | exacturum *L sed* exsarturum *l 50 126,* exaucturum *Palatinus et Mauricianus* | 9 orationem fuisse *L praeter 47 50 122 124 126 in quibus est* fuisse orationem eius | 12 subdurum] absurdum *L nisi scriba errauit* | platonito *l 3* planito *V l 36 38* plane perito *l 47 50:* Platonico *'liber uetus unus' Lambini*

2 *detruncatam sententiam librarii non ualuerunt reficere, fortasse etiam ipsos tibi persuadeas data opera detruncasse indignantes praeceptum inhonestum. contra margini has aliquis illeuit inzptias* tamen *et* non est *quarum ansam dedisse lacuna uidetur. ceterum tam belle quam Quintus praecepit eo tempore Marcus Caecilio adesse contra Satyrum recusauit, quod ille tamen durius quam homo bellus accepisse narratur Attico I 1, 4.*

7 exsarturum *siue priscum* exsarcturum *mauis quod Lambinus induxit, non submoui quia falsum esse non liquet. at probabile non est. neque enim id uerbum in libris latinis inuenitur praeter unum Terenti ucrsum hautont. 143 in quo* sumptum exercirent suom *emendatum est a Lambino et Palmerio, ex quo Verrius in glossemata sua transcripserat* exercirent sarcirent. *praeter haec* exsarcit *refertur e notis Tironis. ut igitur ex antiqua latinitate* exsarcire *deuenerit ad Caesarianae aetatis consuetudinem, scriptores tamen id euitasse compertum est. ergo quid discrepantem cum ceteris Quintum uerbum abstrusum appetiisse credamus, spreuisse usitatum* sarturum? *immo librariis potius in procliui erat haec permiscere, qui quidem non solum* spectare *et* expectare *saepe confuderint errore iam omnibus noto sed etiam* executae *et* exibilare *pro* secutae *et* sibilare *scripserint in nouiciis praecipue codicibus quales Catulli uel Petroni habemus.*

12 *Platonicus iure uocatur qui*

tempori consulam. quibus enim te propter aliquod officium necessitudinis affuturum negaris, tamen i possunt abste placati aequique discedere; quibus autem idcirco negaris, quod te impeditum esse dixeris aut amicorum hominum negotiis aut gravioribus causis aut ante susceptis, inimici discedunt, omnesque hoc animo
47 sunt ut sibi te mentiri malint quam negare. C. Cotta in ambitione artifex dicere solebat se operam suam, quoad non contra officium rogaretur, polliceri solere omnibus, impertire is apud quos optime poni arbitraretur; ideo se nemini negare, quod saepe accideret causa cur is cui pollicitus esset non uteretur, saepe ut ipse magis esset vacuus quam putasset, neque posse eius domum compleri qui tantum modo reciperet quantum videret se obire posse; casu fieri ut agantur ea quae non putaris, illa quae credideris in manibus esse ut aliqua de causa non agantur; deinde
48 esse extremum ut irascatur is cui mendacium dixeris. id, si

1 tempori tuo *Itali* | aliqd *et quidem* i *super* q *id est* aliquid *et* d *ita adfecta ut sit* aliquod | 2 hi | aeque | 4 negociis | 6 sint | tibi | 7 quoad *Lambinus:* quod | 8 his | 9 quo saepe | 10 causa *deleuit Lambinus* | 13 causa fieri | 14 *praestat* denique

1 ipsi tuo *V l 38:* tempori tuo *l reliqui* | 3 iccirco *l plerique* | 4 hominum *om. L* | 5 causis ante *sine* aut *l 50* | omnes qui *l 3 48 49 117 127* | 6 tibi *l 36 38* | 7 quod *L praeter 50* | 9 ideoque *L praeter 50* | negare nemini *L* | 10 accideret ut is *l 50* | non uteretur — 11 magis esset *om. L praeter 48 49 50 124, item V* | uacuus foret plus quam *l 36 122, item V.* fatuus foret magis quam *Danielinus* | putaret *l 47 50 122 126* | domum eius *L* | 13 ea quae — 14 non agantur *om. V l 38*

nuper demonstratus est φιλοπλάτων. ubi primum Marcus ad scribendam philosophiam animum appulit, imitatus est Platonem. Protagoram Platonis iam ante consulatus petitionem potest interpretatus esse. eiusmodi studia non dubito quin ioculariter Quintus significare uoluerit una cum studio ueritatis. consulere tempori *etiam Caecilium Marcus uoluit in caussa ante memorata.*

5 praefero i inimici discedunt *non quod antegressum est* tamen i possunt, *sed quo planius hi aliquot homines et qui insecuntur* omnes *distinguantur.*

9 C. Aurelius Cotta de quo Marcus potissumum in Bruto inde a cap. 55 disserit, natus anno DCXXX, lege Varia eiectus de ciuitate anno DCLXIIII, redux cum Sulla, consul a. DCLXXIX, ex consulatu profectus in Galliam et ante quam triumpharet mortuus, 'summus orator minumeque ineptus' fuisse fertur cuius ad patrocinium confugerint destituti a Crasso Antonioque aut Philippo ac Strabone.

15 id *pronomen quo ad* irascatur *reuocamur librarii stulte copulārunt cum* promittas, *quo facto idem praeponere ausi sunt negandi uerbo. at* in *ante* paucioribus *Tydemanus aliquando et Kayserus delendum censuere minus recte, nam ira de qua agitur ex spe frustrata non fit* paucioribus *sed ei qui promiserat*

promittas, et incertum est et in diem et in paucioribus; sin autem [id] neges, et certe abalienes et statim et pluris. plures enim multo sunt, qui rogant ut uti liceat opera alterius, quam qui utuntur. qua re satius est [ut] ex his aliquos aliquando in foro tibi irasci quam omnis continuo domi, praesertim cum multo magis irascantur is qui negent, quam ei quem videant ea ex causa impeditum, ut facere quod promisit cupiat, si ullo modo possit. ac ne videar aberrasse a distributione mea, qui haec in 49
hac populari parte petitionis disputem, hoc sequor, haec omnia non tam ad amicorum studia quam ad popularem famam pertinere, et si inest aliquid ex illo genere, benigne respondere, studiose inservire negotiis ac periculis amicorum, tamen hoc loco ea dico, quibus multitudinem capere possis, ut de nocte domus compleatur, ut multi spe tui praesidii teneantur, ut amiciores abste discedant quam accesserint, ut quam plurimorum aures optimo sermone compleantur. Sequitur enim ut de rumore di- XIII 50
cendum sit, cui maxime serviendum est. set quae dicta sunt omni superiore oratione, eadem ad rumorem concelebrandum va-

---

2 id *Puteanus expulit* | 4 ut *omissum in L* | 6 his | ei quem *Petreius:* hi qui | 8 á | 9 peticionis | haec sequor | 11 studioso | 12 negociis | 14 amiciciores | 18 ratione

---

1 si *l 3 36* | 2 neges, statim abalienant (*aut* alienant) se et inimicantur. plures enim *l 36 38 47 117 122 124 126 127* neges, statim alienant se et immutantur. pluris enim *V* neges, statim alienant se et inimici fiunt. plures enim *Danielinus* | certo *Schuetzius* | 3 rogent *l 126* | ut *ante* uti *om. l 36 38 117* | 4 utantur *L* | tibi in foro *L praeter 38 117* | 6 ei qui neget *l 50* | iis *L praeter 50 117 126 in quibus* ei *et 124 in quo* si *est.* qui *l 3 36 38 48 49 117 127:* quem *l reliqui* | inuideant *l 38 117* | ea causa *sine* ex *LTV* iusta causa *l 50* | 7 ut *ante* facere *omissum addunt ante* cupiat *l 38 117 cum V qui praeterea* facere impeditum *ponit* | 8 at *l 48 49 117* | 11 etsi *L praeter 47 127 et uolgo* | enim *ante* inest *add. l 50* | aliquod dictum ex *L* aliquod ductum *V* aliquid ductum *l 50* | 12 negociis amicorum ac periculis *L* | 15 accesserunt *l 3 127* | 16 compleant *L praeter 3 48 49 127* | enim *om. l 50 de Palermi sententia* | 18 superiori oratione *L*, ratione *l 38* | ad celebrandum rumorem *L*

---

in paucioribus *aut* a paucioribus. *post contentionis studio abreptus Quintus non modo* aliquos aliquando *et* omnis continuo *inter se opposuit sed praeterea etiam* in foro *et* domi *quae contraria quidem sunt et re ipsa comprobata sed huic demonstrationi momentum addunt nullum. 11 edebatur* etsi: *ego secundum Berolinensem librum* et *particulam a* si *seiunxi ut una comprehensione* sequor et dico *continuarentur.*

lent: dicendi laus, studia publicanorum et equestris ordinis, hominum nobilium voluntas, adolescentulorum frequentia, eorum qui abste defensi sunt assiduitas, ex municipiis multitudo eorum quos tua causa venisse appareat, bene *te* ut homines nosse, comiter appellare, assidue [diligenter] petere, benignum ac liberalem esse loquantur et existiment, domus ut multa nocte compleatur, omnium generum frequentia assit, satis fiat oratione omnibus, re operaque multis, perficiatur id quod fieri potest labore et arte ac diligentia, non ut ad populum ab his omnibus fama perveniat,

4 te *inseruit Schuetzius* | comites | 5 diligenter *seclusi* | 6 *scribendum* multa de nocte | compleantur | 8 proficiatur (pro *per notam*)

1 hominumque *l 36 38* | 4 bene homines *sine* ut *L praeter 50* | comuniter *l 38* | 5 assidue ac diligenter *L* | benignus ac liberalis *l 50* | 6 bene loqui existimare (*uel* extimare *uel* estimare) domus *L praeter 36 qui* loquantur et existiment *uidetur habere et 50 in quo* bene loqui existimere *correctum est.* ut loquantur et existiment *Tydemano suspecta erant* | 7 assit *per* ss *l 3 36 38* | 8 proficiatur *Danielinus l 122 124,* proficiat in id *l 3 36 38 47 117 127* | 9 et *pro* ac *l 3 47 50 122 126 127* | hominibus *V l 50*

4 te *pronomine ut nunc haec leguntur non possumus carere, possemus si nominum loco substantiuorum praemissis infinitis* bene homines nosse, comiter appellare, benignum ac liberalem esse *haec adplicarentur deinceps* ut bene de te loquantur et existiment, domus ut compleatur. *uerum cum infinita illa suspensa sint ex* loquantur et existiment *uerbis, quorum hoc ideo posterius collocatum est quod ad plures homines pertinere uideretur, Marci aliqua nota addenda est, et quidem melius quam ante* loquantur *additur in principio sententiae, ut plena eius forma primo obtutu praesentiatur. iam per infinita reminiscendi caussa paucis enumerantur res supra expositae, nomenclatio blanditia assiduitas benignitas. atque Itali quod tradiderunt* assidue ac diligenter petere *id nimis esse longum duxi pro breuitatis consilio. neue* benignum ac liberalem esse *aeque uerbosum putes, hoc fere tantum est* benigne largiri. *omissa in Germanico libro* ac *particula simpliciter Quintum scripsisse monstrat* assidue petere *perinde ut in § 43.*

6 insolenter haec dicta sunt domus ut multa nocte compleatur. *nam salutatores primo mane ueniunt uel ante lucem uel de nocte,* multa nocte *rarus est aduentor rariorque admittitur. et enim* multa nocte *dicitur quo tempore iam multa est nox post uesperum sub mediam noctem, non cum abire nox coepit matutinis horis ante diluculum. prorsus eodem modo* multo die *dicitur et* multo mane *cum dies et mane tamquam ad maturitatem increuit. itaque quod uesperi fit id potest* multa nocte *fieri, quod mane, id non potest nisi* de multa nocte. *Cicero Attico VII 4, 2* uenisse Hirtium a Caesare, ad se non accessisse, et cum ille a. d. VIII. idus uesperi uenisset, Balbus de tota re constituisset a. d. VII. ad Scipionem ante lucem uenire, multa de nocte eum profectum esse ad Caesarem *id est etiam ante tempus a Balbo et Scipione constitutum.*

9 ab iis hominibus *Lambinus ut opinor recte, si explicamus 'a paucioribus eis quibus tecum res est*

set ut in his studiis populus ipse versetur. iam urbanam illam 51
multitudinem et eorum studia qui contiones tenent, adeptus es in
Pompeio ornando, Manili causa recipienda, Cornelio defendendo;
excitanda nobis sunt, quae adhuc habuit nemo quin idem splen-
didorum hominum voluntates haberet. efficiendum etiam illud
est, ut sciant omnes Cn. Pompei summam esse erga te voluntatem et vehementer ad illius rationes te id assequi, quod petis, pertinere. postremo tota petitio cura ut pompae plena sit, ut 52
illustris, ut splendida, ut popularis sit, ut habeat summam speciem
ac dignitatem, ut etiam si quae postis ne competitoribus tuis

---

3 ordinando manlii | 4 qui idem | splendidorum *Orellius:* splendorum | 6 G. | summum | 8 peticio | 10 poscis *Wunderus e codice enotauit. fortasse* possit noua

---

2 tenent quae adeptus *L* | 3 in *ante* Manilii *aut* Manlii *aut* Mallii *add. L praeter 38 117 127* | 4 excuranda *'libri ueteres' Lambini* | qui *l 48 49* ut simul *l 3 36 38 117 127* | idem] quidem *l 3 36 38 117* | splendorem hominum *l 3 36 38 48 49 117* splendorem omnium *l reliqui* | 5 uoluntatesque *L* | efficiendumque *l 3 36 48 49 117* | 6 est *om. l 50* | erga te esse *L nisi quod l 3* apud *pro* erga *habet* | 7 etiam uehementer *l 3 36* | 9 sit *om. L* | 10 etiam *om. l 38* | si quid possit ne *L*, si qui *l 48 49 124*, posset *l 127*, nec *l 50*. si quae poscit ne *Grutert codex uterque* si quid fieri possit *Danielinus* | tuis *om. l 3 36*

---

eritue'. nam ne omnia *intellegamus quae supra collegerat, cauetur* ab *praepositione, quamquam Hoffa eam genetiui casus uicariam uidetur habuisse.*

3 Pompeium Marcus praetor ornauerat in lege Manilia. eodem anno exeunte ex tribunatu in ius uocati Manili caussam ut defenderet ualde rogatum se esse ipse testatur in Corneliana (p. 934, 44 editionis Turicensis alterius). recepisse eum caussam pro contione Plutarchus in uita Ciceronis cap. 9 et Cassius Dio XXXVI 44 narrant. idem Cassius iudicium ipsum factum esse negat et Asconius in argumento Cornelianae, si mutilam eius orationem recte adsecutus sum, Manilium iudicio non respondisse atque esse damnatum scribit. haec utut sunt, certe Manilium Marcus non defendit coram iudicibus, quae res neque testimonio ullo probatur et Quinti uerbis redarguitur. orationem igitur Ciceronis pro Manilio semel commemoratam a Nonio δημηγορίαν illam fuisse arbitror de qua Plutarchus et Cassius rettulere. pro Cornelio paucos post menses dixit in iudicio. deinde splendidi homines *qui accommodare soleant suas uoluntates ad contionalis multitudinis studia, potentes et factiosi ciues dicuntur quales tum erant Pompeius et Caesar. Pompeio subdiffisum esse Marcum mense Iulio anni DCLXXXIX ex facetiis cognoscimus quas Attico scripsit I 1, 3, ne ille sua auctoritate interposita spem consulatus alii petitori destinaret. Quintus cum haec suasit, pro explorato habebat Pompei uoluntatem et fratris in consulatu officia mutue inter se responsura.*

10 qui sana haec iudicarunt ut ne competitoribus existat infamia, *tam profusae Quintum liberalitatis finxere, ut beneficium quod in Marcum conlaturus erat toto hoc libello*

existat aut sceleris aut libidinis aut largitionis accommodata ad
53 eorum mores infamia. Atque etiam in hac petitione maxime videndum est ut spes rei publicae bona de te sit et honesta opinio. nec tamen in petendo res publica capessenda est neque in senatu neque in contione, set haec tibi sunt retinenda, ut senatus te existimet ex eo quod ita vixeris, defensorem auctoritatis suae fore, equites et viri boni ac locupletes ex vita acta te studiosum otii ac rerum tranquillarum, multitudo ex eo quod dumtaxat oratione in contionibus ac iudicio popularis fuisti, te a suis commodis non alienum futurum.

2 peticione | 3 R· P· | 7 r *post* equites *sed obelo confossa et superne adpuncta* | 8 ocii | 9 a̅ suis

2 et infamiam *l 3* | hanc petitionem *l 3 36 38* | 3 rei publicae] r. p. *l 117 127* romani populi *l 48 49* populi rom. *l 50* | 4 opinio *om. V* | 5 sunt tibi *L praeter 3 127 in quibus est* retinenda tibi *sine* sunt | 7 fore. et equites romani boni et locupletes *L nisi quod prius* et *omisere 47 50 122 124 126*, uiri *ante* boni *addidit 50* | 8 eo dumtaxat quod *L* | 9 concione *Gronouius* | 10 alienum non *L*

paene omne conferri frustra uideatur. neque extenuari uidi dementiam quae profecto summa est in isto consilio, cum obsecutus Orellio comparationem habui paragraphi 40 in qua prudenter Marcus admonetur ut homines propter competitorum amicitias ab se alieniores reconciliare studeat suam erga eos competitores beniuolentiam caussatus. addo haec accommodata ad eorum mores *non superuacanea modo esse in oratione negantis sed absurda. denique hic de eis rebus agitur quae ad concelebrandum rumorem ualeant id est ad optumam de fratre existimationem opinionemque omnium, ad quam ceterorum candidatorum infamia permultum conducit, clementis Marci in ipsos competitores indulgentia aut parum aut nihil. longe meliore conatu Palermus edidit* ut etiam si qua possit in competitoribus tuis existat, *Gulielmius* si cui possit e competitoribus *proposuit, neutri res prospere cessit. ecquis enim prima huius libelli capita legit et tamen dubitat quin Catilina Antoniusue in suspicionem adduci sceleris aut libidinis quouis tempore potuerit? aequius erat dicere* si res poscit *aut* si quae nosti, *uerum ne haec quidem siue apta siue inepta uidentur, satis sunt. extitit enim infamia competitorum iam pridem, nunc eam denuo existere atque crimine recente excitari oportet. qua re necessarium duxi hoc* ut etiam si qua possit noua competitoribus existat infamia.

2 etiam in hac *quemadmodum in superioribus, maxume in praeturae* petitione.

5 duriuscule rei publicae *succedunt* haec tibi sunt retinenda *id est consilia publica in senatu contioneque reticenda tibi sunt et reseruanda. dehinc inter uitam fratris et orationem Quintus simile atque in § 5 discrimen facit: uixisse eum defensorem senatus, popularem fuisse dum taxat oratione, studium tranquillitatis expertos esse equites ac publicanos.* Romani *quod ad* equites *solet adici, in Berolinensi libro simul incohatum ac deletum sustuli ut quo haec ciuitatis distributio minume indigeat.*

Haec veniebant mihi in mentem de duabus illis cogitationi- XIIII 54
bus matutinis, quod tibi cotidie ad forum descendenti meditandum esse dixeram 'novus sum, consulatum peto'. tertium restat: 'Roma est' civitas ex nationum conventu constituta, in qua multae insidiae, multa fallacia, multa in omni genere vitia versantur, multorum arrogantia, multorum contumacia, multorum malivolentia, multorum superbia, multorum odium ac molestia perferenda est. video esse magni consilii atque artis in tot hominum cuiusque modi vitiis tantisque versantem vitare offensionem, vitare fabulam, vitare insidias, esse unum hominem accommodatum ad tantam morum ac sermonum ac voluntatum varietatem. qua 55
re etiam atque *etiam* perge tenere istam viam quam institisti:

---

1 cogitationibus *scripsi:* commotionibus | 2 quod *Lambinus*: o *super* q *id est* quo | cottidie | 3 nouissimū consulatum | 5 multae fallaciae *Lambinus* | uicia | 9 uiciis | 12 *alterum* etiam *accessit ex L* | institisti *Gruterus:* instituisti

---

1 mihi ueniebant *L* | commotionibus *L praeter 3 36 50 117* commonitionibus *habentes quod idem adscriptum est in l 38* | 2 quo *L praeter 50* | cotidie *per* c *l 3* | 3 dixeramus *L* desideramus *l 36* | 5 uersentur *l 3 36 47* | 6 maliuolentia *sic l 3 36 38 117* | 7 odia *L praeter 36 38 48 49* | 9 cuiusmodi *l 48 49 117* eiusmodi *l 50* | uersantem uitare insidias *mediis omissis l 3* | 11 et uoluntatum *l 38 48 49 117* | 12 instituisti *etiam L*

---

1 commotionibus *a puro sermone abhorret, praesertim cum non adiuncto animi nomine lateat in tenebris.* commonitionibus *quod uetus corrector inuenit, alienum a Marci persona non congruit cum* matutinis. *neque Palermus quod substituit* commentationibus *mihi probatur propter inlepidam hanc compositionem uerborum* haec ueniebant in mentem de commentationibus. *praetuli ego* cogitationibus *quod a fide codicis non ita discedit longius sed mediocritate sua commendatur et imitatione prooemi § 2* ciuitas quae sit cogita, quid petas, qui sis. *ibidem quae leguntur* cotidie tibi hoc meditandumst, *cum eis concinit omnino haec forma orationis* quod tibi cotidie meditandum esse dixeram, *ne in* quo *quod libri tenent omnes notam quaeras* quoniam *particulae. immo luculentum habes exemplum quo pronomen deflexum esse in coniunctionem perspiciatur.*

4 ciuitatem ex nationum conuentu constitutam *fuit qui ad origines ciuitatis et Aequos Volscosque referret: tu receptos in ciuitatem cogita tot peregrinos homines libertinosque undique terrarum oriundos.* fallacia *seruaui, tametsi confinia hic* insidiae *illic* uitia *pluratiue efferuntur et ueteres nominibus pari modo factis uti pluratiue consuerunt, quia numerorum discrepantiam consonantia dictorum eleuari putabam. illam non minus in § 50 despicatui habuerat cum* in contionibus ac iudicio *dixit paene ambigue, nam praeposuerat* oratione, *nulla re impeditus quo minus adaequaret numerum dicendo* iudiciis.

excelle dicendo. hoc et tenentur Romae et alliciuntur et ab impediendo ac laedendo repelluntur. et quoniam in hoc vel maxime est vitiosa civitas, quod largitione interposita virtutis ac dignitatis oblivisci solet, in hoc fac ut te bene noris, id est ut intelligas eum esse te qui iudicii ac periculi metum maximum competitoribus afferre possis. fac ut se abste custodiri atque observari sciant; cum diligentiam tuam, cum auctoritatem vimque dicendi, tum profecto equestris ordinis erga te studium per-
56 timescent. atque haec ita nolo te illis proponere, ut videare accusationem iam meditari, set ut hoc terrore facilius hoc ipsum quod agis consequare. et plane sic contende omnibus nervis ac facultatibus, ut adipiscamur quod petimus. video nulla esse comitia tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquae centuriae
57 renuntient suos magnopere necessarios. qua re si advigilamus pro rei dignitate et si nostros ad summum studium [benivolos]

1 Romae homines et *L* | 3 uiciosa | 9 nolo *scripsi:* uolo | 10 iam] tam | 12 comicia | 14 renuncient | 15 beniuolos *seclusi*

1 excellere *l 3 127* | 2 et laedendo *l 38* | 3 uitiosa est *L* | 4 te *om. l 3 38* | id est *om. l 38 48 49 117* | 6 fac itaque ut se *L praeter 50, TV* | 7 tum diligentiam *l 36 38 48 49 117 124* | tum auctoritatem *L praeter 36* | 8 pertimescant *Palatinus Turnebique codices* | 9 ita te uolo illis *L* | non *ante* ut *add. l 50* | uideare occasionem non meditari *L:* uideare iam accusationem meditari *l 50* | 10 ut *om. l 3* | 11 consequere *V* | atque facultatibus *L* | 12 esse nulla *L* | 14 magnopere *codex Turnebi:* maxime *L*, sibi maxime *l 47* | 15 beniuolos *per* i *l 3 36 117*

7 pessume tum auctoritatem *cum olim ediderant tum denuo Orellius optauit. nempe uel maxume ita corrumpitur sententia bipertita in hunc modum: cum te tum equites pertimescent. similiter Cicero pro Murena § 38 ubi* cum *duplicauit in leuioribus rebus, rei primariae quasi praecinere facit* tum uero.

9 atque haec ita uolo te illis proponere ut uideare] *in his desse negationem Itali cum intellexissent, inscite eam emendandi rationem instituere ut* non *insererent ante* meditari, *Lambinus demum scienter ante* ut uideare *collocauit particulam. at satis erat unam litteram submutasse quo eadem existeret sententia. saepe enim scriptores Latini negatiuum uerbum in priore enuntiationis membro ita ponunt ut contraria inde redundet in posterius adfirmatio. uelut Cicero de deorum natura I § 17* tu *inquit* nolo existimes me adiutorem huic uenisse, sed auditorem. *quam rem multi tractauerunt copiose, inter enarratores Ruhnkenius in Rutilio p. 48, e grammaticis Maduicus § 462 b.*

15 misere haec interpolata esse censeo ac primum beniuolos *a Quinto alienum. cui neque* nostros beniuolos *componere licuit, etsi in comico sermone dictitatur* noster beniuolens, *neque ut hanc ei ueniam demus, tanto interuallo copulata separare. deinde quae libri Italici exhibent* studiosis gratiosisque no-

excitamus et si hominibus studiosis [gratiosisque] nostri suum cuique munus discribimus et si competitoribus iudicium proponimus, sequestribus metum inicimus, divisores ratione aliqua coercemus, perfici potest ut largitio nulla sit aut nihil valeat.

Haec sunt, quae putavi non melius scire me quam te, set 58 facilius his tuis occupationibus colligere unum in locum posse et ad te perscripta mittere. quae tametsi ita sunt scripta, ut non ad omnes qui honores petant, set ad te proprie et ad hanc petitionem tuam valeant, tamen tu siquid mutandum esse videbitur aut omnino tollendum aut siquid erit praeteritum, velim hoc mihi dicas. volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.

---

1 studiis | gratiosisque *seclusi* | 2 describimus | 3 aliquam *per compendium* | cohercemus | 4 sit *scripsi:* fit | 8 peticionem | 11 cōmentoriolum peticionis

---

1 studiosis gratiosisque *L*, gratiosis studiosisque *l 50* | 2 distribuimus *pro* describimus *Palatinus* | 3 si *aut* sic *aut* si ex equestribus *L praeter 50* | 4 aut *ante* nulla *add. l 36 50* | fiat *L* | 6 istis tuis *l 50* | 7 tametsi *l 36:* tam *l 3* tamen *l 47 50 122 127* tamen etsi *l reliqui* | 8 petent *l 50* | petitionem tuam *l 38 117:* tuam *om. l 3 36*, tuam petitionem *l reliqui* | 9 tibi mutandum *l 50* | 11 hoc enim *l 38* hoc *om. l 117* hoc mihi *libri Palermi*

---

stri *ea Manutius sic inuertit* gratiosis studiosisque nostri, *Gesnerus hoc modo* studiosis nostri gratiosisque. *de gratiosis hominibus prorsus non debebat commemoratio in hac conclusione instaurari, iam enim hoc unum agitur ut ipso aduigilante petitore, amicis eius ad summum studium excitatis studiosisque bene dispositis, competitoribus eorumque ministris omni ratione repressis comitiorum praecaueatur corruptio. super* studi *scriptae* grati *syllabae procreauerunt monstrosum illud* studiis gratiosisq.

4 fit *faciliore mihi via ad* sit *reduci quam ad* fiat *uidebatur. nempe si uim uerbi utriusque uel statera examines, quod ita reperies discrimen eorum nihil ualere arbitror ad alterum utrum repudiandum. quamquam forsitan quispiam etiam minus suaue dixerit* perfici ut fiat.

6 istis *Lambinus non solum praeter necessitatem sed etiam incommode, si ipsa petitio quas fratri adferebat occupationes designatae sunt.*

II

EPISTVLAE

1

Q. M. FRATRI SAL.

De Tirone, mi Marce, ita te meumque Ciceronem et meam Tulliolam tuumque filium videam, ut mihi gratissimum fecisti, cum eum indignum illa fortuna ac nobis amicum quam servum esse maluisti. mihi crede, tuis et illius litteris perlectis exsilui
2 gaudio, et tibi et ago gratias et gratulor. si enim mihi Statii fidelitas est tantae voluptati, quanti esse in isto haec eadem bona debent additis litteris sermonibus humanitate, quae sunt his ipsis commodis potiora. amo te omnibus equidem de maximis causis, verum etiam propter hanc vel quod mihi sic ut debuisti nuntiasti. te totum in litteris vidi. Sabini pueris et promisi omnia et faciam.

4 cum *Mediceus:* quod *Berolinensis* | ac *del. Cratander* | 5 perspectis *B* | 6 gaudeo *M* | 7 esse *M:* est *B* | 8 debent *duplicauit M* | sermonibus *Cratander:* et sermonibus *BM* | 9 commodis *om. B*

1 legitur inter Ciceronis ad Tironem epistulas XVI 16, scripta uidetur circiter a. DCXCV; cf. p. 21 ‖ *4* ac *si omittitur, displicet cum* indignum *compositum pronomen. scabrities orationis melius remouetur hoc modo* cum indignum illa fortuna iudicasti ac ‖ *7* fidelitas et frugalitas *Lambinus ne pluratiua* haec eadem bona *et* his ipsis commodis *singulari re comprehenderentur* ‖ *11 Sabinus quis fuerit ignoramus: Q. Titurius Sabinus Caesaris legatus in Gallia a. DCXCVII post tres annos occidit (belli gall. II 5 et V 37), Sabinum Albium coheredem suum Cicero Attico significat XIII 14 a. DCCIX, Sabinum qui Trebonio oratorem suum reddat in uariis epistulis XV 20 a. DCCX, accedat denique Sabinus ille in catalectis Vergilianis derisus.*

2

Q. CICERO TIRONI S. D.

Magnae nobis est sollicitudini valetudo tua. nam tametsi qui veniunt *ἀκίνδυνα μὲν χρονιώτερα δὲ* nuntiant, tamen in magna consolatione ingens inest sollicitudo, si diutius a nobis afuturus est is, cuius usum et suavitatem desiderando sentimus. attamen quamquam videre te tota cogitatione cupio, tamen te penitus rogo ne te tam longae navigationi et viae per hiemem nisi bene firmum committas neve naviges nisi explorate. vix in 2 ipsis tectis et oppidis frigus infirma valetudine vitatur, nedum in mari et via sit facile abesse ab iniuria temporis. *ψῦχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον* inquit Euripides, cui tu quantum credas nescio, ego certe singulos eius versus singula testimonia puto. effice, si me diligis, ut valeas et ut ad nos firmus ac valens quam primum venias. ama nos et valē. Q. f. tibi salutem dicit.

3

Q. TIRONI SVO PLVR. SAL. DIC.

Verberavi te cogitationis tacito dumtaxat convicio, quod fasciculus alter ad me iam sine tuis litteris perlatus est. non potes effugere huius culpae poenam te patrono. Marcus est adhiben-

---

1 tironi suo sal' dic̄. *B* | 2 nobis] bonis *M in indice epistularum libro XVI praemisso* | 4 *post* magna *aliquid erasum in M* | a *om. M* | 5 futurus es is *BM. fortasse* diutius nobis defuturus | 11 ΛΕΠΧΡΩΤΙ ΤΟΛΟΕΜΙΩΙΑΤΟΝ *B* | inquid *M* | 12 singula *B:* singula eius *M* | 14 Q. f. tibi salutem dicit *om. B*

16 Tironi suo salutem *B* | 19 ponam *M*

---

1 legitur inter epistulas Ciceronis Tironianas XVI, 8, scripta est mense exeunte Ianuario a. DCCV, cf. p. 21 ‖ *11 uersus aliunde non cognitus in Nauckiana collectione reliquiarum Eurip. n. 898* ‖ *12* eius *in M prava repetitione natum est,* ἀληθείας *Orellius substitui uoluit,* ueritatis *Klotzius*

16 legitur post Ciceronis Tironianas XVI 26, quando scripta sit non apparet, cf. p. 21

dus, isque diu et multis lucubrationibus commentata oratione vide
2 ut probare possit te non peccasse. plane te rogo, sic ut olim matrem nostram facere memini, quae lagonas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuisse quae furtim essent exsiccatae, sic tu etiam si quod scribas non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quaesivisse videaris. valde enim mihi semper et vera et dulcia tuis epistolis nuntiantur. ama nos et vale.

4

Q. CICERO TIRONI SVO SAL. PLVRIMAM DICIT.

Mirificam mi verberationem cessationis epistola dedisti. nam quae parcius frater perscripserat verecundia videlicet et properatione, ea tu sine adsentatione ut erant, ad me scripsisti, et maxime de cos. designatis, quos ego penitus novi libidinum et languoris effeminatissimi [animi] plenos, qui, nisi a gubernaculis re-
2 cesserint, maximum ab universo naufragio periculum est. incredibilest, quae ego illos scio oppositis Gallorum castris in aestivis fecisse, quos ille latro, nisi aliquid firmius fuerit, societate vitiorum deleniet. res est aut tribuniciis aut privatis consiliis munienda, nam isti duo vix sunt digni quibus alteri Caesenam, alteri

---

1 lugubrationibus *BM sed* gu *M ex correctione* | commendata *B* | 3 laogenas *B conflatis ut uidetur formis* lagenas (lagoenas) *et* lagonas | 5 quid *B*

9 Q. *om. B* | sal'. plūr. dicit *B* | 13 tu *om. B* | assentatione *B*: adsentione *M* | 14 de *om. B* | cos. *M*: quos *B* | libinum *M* | 15 animi *del. Ernestius* | 16 incredibile est *B* | 17 scio *om. B* | 18 firmus *B* | 19 tribunicis *M*

---

9 legitur subiecta superiori XVI 27, data est rure Romam exeunte a. DCCX, cf. p. 21 ‖ *11 sententia haec est: mirifice me cessantem uerberasti accurata tua epistula* ‖ *20 Caesena satis ignobile Galliae togatae oppidum* in prima prouincia *ubi Pansam a. DCCIX succedentem in ea prouincia M. Bruto cunctatum esse conicias cf. Cic. ad Att. XII 27, 3. Cossutianae tabernae Orellio onomastici p. 200 uidentur fuisse prope Caesenam haud procul ab hodierno Sauignano ut arbitratur uir doctus in Giornale Arcadico uol. 26 p. 340, Cossutia gens memoratur in inscriptione ibi allata*,

Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. te, ut dixi, fero *in* oculis. ego vos a. d. III k. videbo tuosque oculos etiam si te veniens in medio foro videro, dissaviabor. me ama, vale.

1 quos sutianarum *B* | 2 in *addidi cum Ernestio*

ego Romanam tangi aedificationem puto de qua Hirtius sategerit || 2 in oculis *ratio postulat comprobantque exempla Cic. ad Q. fr. III 1, 9 aliaque a Manutio et Hoffa ibi indicata*

III

ASTRONOMICA

Flumina verna cient obscuro lumine pisces
curriculumque aries aequat noctisque dieique,
cornua quem condunt, florum praenuntia, tauri.
aridaque aestatis gemini primordia pandunt
longaque iam minuit praeclarus lumina cancer
languificosque leo proflat ferus ore calores.
post modium quatiens virgo fugat orta vaporem.
autumni reserat portas aequatque diurna
tempora nocturnis dispenso sidere libra.
effetos ramos denudat flamma nepai.
pigra sagittipotens iaculatur frigora terris.
bruma gelu glacians iubar est spirans capricorni,

---

inscriptio in Vossiano haec est Quinti Ciceronis hi uersus eo pertinent ut quod signum quo tempore inlustre sit nouerimus quod superius quoque nostris uersibus expeditur *cf. p. 20* | 3 condunt *Scaliger:* comunt *V* | 6 languificosque *Pithoeus:* Languificusque *V* | 1 *in* proflat *superscriptum V* | 7 modium *V prima manu,* modicum *secunda* | 10 effoetos *Pithoeus:* Et fetos *V* | dinudat *V* | 11 *post* pigra *erasa littera in V* | 12 ns *in* spirans *paulo obscuriora V* | capricornii *V*

---

3 'lege condunt *nam conditur aries ueniente tauro' Scaliger* ‖ *7 modius satis aptus uidetur aestiuo uirginis signo quae a non nullis Ceres dicebatur, a M. Cicerone u. 101 Grotianae editionis* spicum inlustre tenens splendenti corpore *describitur, cuius caput nimium obscurum uideri Hyginus refert. Meyerus adnotationum p. 27* modicum quatiens *idem esse uoluit quod mediocre lumen emittens,* inmodicum aestatis uirgo fugat orta teporem *lusit Heinsius* ‖ *9* dispensans *Burmannus: at illud non diuersum a* dispanso dispessoue *bene conuenit in chelas. aliter se habet quod in M. Ciceronis Arateis Argus gubernaclum* disperso lumine *fulgens dicitur* ‖ *12 uersus corruptus. nam male Meyerus quo* est spirans *nihil ualere nisi* spirat *ostenderet, Marci uersum aduocauit talem* aestifer est pandens feruentia sidera cancer. *Heinsius* gelu glaciante iubar spirat *proposuerat, Ianus Heluetius* Getas glacians iubar exspirat, *a quo* exspirat *accipio.* bruma gelu glacians *quamuis tumide dicta tamen tolerabilia uidentur, magis etiam quam si triplicato nomine* bruma gelu glacies iubar exspirant capricorni *legeris subiunxerisque cum Heinsio* quem. *respondent*

quam sequitur nebulis rorans liquor altus aquari.
tanta supra circaque urgentur lumina mundi.
at dextra laevaque ciet rota fulgida solis
mobile curriculum et lunae simulacra feruntur.
squama sub aetherio conspectu torta draconis
eminet. hunc infra fulgentes arcera septem
magna quatit stellas, quam servans serus in alta
conditur Oceani ripa cum luce Bŏotes

IIII

FABVLAE

Σύνδειπνοι Σοφοκλέους **Erigona** **Electra** **Aeropa**

V

ANNALES

13 nebulis *Wakefieldus:* nebulas *V* | licor *V* | 14 urgentur lumina *scripsi:* uigentumiflumina *V* | 15 Addextera *V* | 16 Mouile *V* | 17 aetherio *Heinsius:* aeterno *V* | 18 infra *scripsi:* inter *V* | 19 stellas *Canterus:* stellãs *V set ut apsidis species sit obscurior* | serbãs *V* | 20 Conditor oceani ripas cum luce bootis *V emendata a Cantero* | *sequitur in V* hic uersus sine auctore est quo die quid demi de corpore oporteat Vngues mercurio *cetera uide in Ausonio Bip. p. 228*

illis in sequente uersu haec nebulis rorans liquor ‖ *14* urgentur lumina *quod posui, pro certo non habeo nisi* lumina. *Heinsium magis miror acquieuisse in his* uigent hunc flumina *id est supra circaque aquarium, quam Wakefieldum tentasse* uigent ubi culmina mundi. *in lumina non quadrat uigendi uerbum,* urgentur *interpretor* 'uoluuntur aliud ab alio submotum' ‖ *15 Marcus in Arateis 527* rota feruida solis ‖ *17 hi uersus tam laxe cum superioribus cohaerent ut dubites num eodem modo Quintus eos continuauerit* ‖ sub Arctoo conspectu *Scaliger* ‖ *18* arcera *quod uocabulum priores turpiter deformarunt est ἅμαξα plaustrum, alio nomine ursa. arctos maior stellas septem habet in capite (Hygini astron. III 1), draco autem cauda flexa caput illius attingit (ibidem 2), itaque infra draconem fulgentes Quintus facit septem triones. Marcus uersu 46 quia inter duas arctos collocatus draco uidetur,* has inter *inquit* toruos draco serpit, *at Germanicus u. 48 ss.* has inter medias abrupti fluminis instar inmanis serpens sinuosa uolumina torquet hinc atque hinc supraque illas, mirabile monstrum, cauda Helicen supra tendit *eqs.*

IIII de fabulis his aliisque cf. p. 17 s.
V cf. p. 15

NOMINVM INDEX

Africa § 10
Annii 10
Antonius 8 9 28
Antonius triumvir epist. 4, 2
Bootes astron. 20
Q. Caecilius 9
Caesena ep. 4, 2
Cappadoces 8
Carvilii 10
L. Cassius 7
Catilina 8 9
Marcus *Cicero* ep. 1, 1 3, 1
M. Cicero filius ep. 1, 1
Q. Cicero filius ep. 1, 1 2, 2
C. Coelius 11
C. Cornelius 19 51
Cossutianae tabernae ep. 4, 2
C. Cotta 47
Curii 10
Demetrius *Phalereus* 2
Demosthenes 2
Epicharmeum 39
Euripides ep. 2, 2
C. Fundanius 19
P. Galba 7
Galli 9 ep. 4, 2
Q. Gallius 19
homo Graecus 8
Helvia mater *Ciceronum* ep. 3, 2
Hirtius ep. 4
Italia 30
Manilius 51
*Manlii 9
M. Marius 10
Oceanus astron. 20
C. Orcivius 19
Pansa ep. 4
Panthera 8
Platonicus *Cicero* 46
Cn. Pompeius 5 14 51
Pompilii 10
Roma 2 8 43 54 55
populus Romanus 8 10 eques R. 9 equites R. 9 29
Sabidius 8
Sabinus ep. 1, 2
Sapalae 10
Sulla 9
Tanusii 9
Tiro ep. 1, 1
Titinii 9
Tulliola ep. 1, 1
Vitiae 10

Berolinensem codicem cum denuo inspicerem, quae parum accurate aut praue relata cognoui, ea sic quaeso corrigas: p. 26, 3 addiscerē *est in codice: p. 31, 2* optimnmq; : *p. 34, 10* quin, *non* qui : *p. 35, 6* pompej *quae forma Quinto restituenda est : p. 36, 8* c̄ *id est* est, *non* c̄c̄ *uel* esse : *p. 51, 8* ΕΠΙΧΑΡΜΕΙΟΝ *crassius pictum sine accentu spirituque : constanter per* s ; *notatum* set *uel* sed.

CECIL H. GREEN LIBRARY
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6063
(650) 723-1493
greencirc@stanford.edu

All books are subject to recall.

DATE DUE